This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

C
769
10.80

Nuth - De Marci Diaconi - 1897

Digitized by Google

C 762.10.80

Harvard College Library

HARVARDIANA · ACADEMIA · IN · NOV · ANG · CHRISTO ET ECCLESIAE · VE RI TAS

By Exchange

Digitized by Google

C 512.5

DE

MARCI DIACONI

# VITA PORPHYRII EPISCOPI GAZENSIS

QVAESTIONES HISTORICAE ET GRAMMATICAE

DISSERTATIO PHILOLOGA QVAM AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE IMPETRANDOS AMPLISSIMO IN VNIVERSITATE FRIDERICA GVILELMIA RHENANA PHILOSOPHORVM ORDINI TRADITAM VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS PRIDIE NON. DEC. MDCCCXCVII HORA XII PVBLICE DEFENDET SCRIPTOR

AVGVSTVS NVTH

LIVONVS

ADVERSARII ERVNT

AEMILIVS KRVEGER
ERNESTVS LOMMATZSCH
ADALBERTVS WAHL

BONNAE

TYPIS CAROLI GEORGI VNIV. TYPOGR.

MDCCCXCVII

Digitized by Google

C 769.10.80
√

Harvard College Library
By Exchange,
Oct. 24, 1898.

Digitized by Google

Diss.

HENRICO BERGMANN

S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Marci diaconi vitam s. Porphyrii episcopi Gazensis cum anno 1895 ederemus[1]), temporum tabulam adicere in animo erat, sed cum multae orerentur difficultates, quae qua opus erat brevitate solvi non potuerunt, sed propria indiguerunt commentatione, de hoc consilio destitimus. Quam ob rem omnia, quae ad temporum a Marco perscriptorum rationes spectant, quam accuratissime nunc retractare eo magis e re esse visum est, quia iam novis subsidiis munito mihi hanc quaestionem aggredi licuit.

Etenim Porphyrii vitam edentibus duo nobis praesto erant codices: Baroccianus B et Vindobonensis V, tertium Hierosolymis in bibliotheca patriarchali asservari etsi compertum habuimus (cf. praef. ed. Lips. p. XI), tamen in usum vocare non potuimus. Nunc eximiae Epiphanii Hierosolymorum archiepiscopi liberalitati acceptum refero, quod de nonnullis iisque gravissimis huius codicis H lectionibus certior factus sum. Unde apparet non solum complures codicis B aut V aut amborum lacunas in H non exstare, sed co-

1) Marci diaconi vita Porphyrii episcopi Gazensis edid. societatis philologae Bonnensis sodales. Bibl. Teubn. 1895.

Digitized by Google

dicem H etiam haud paucis locis meliora illis exhibere.

Quod ut demonstretur, graviores huius codicis lectiones in ordinem digestas in medium proferam.

Ac primum quidem codex H a codice V discrepans cum B consentit locis his: 8, 20 πολλῷ δὲ πλέον τοῖς γνησίως καὶ εἰλικρινῶς δεομένοις αὐτόν BH om. V. 12, 20 Πραϋλίῳ τῷ ἐπισκόπῳ Ἱεροσολύμων BH nisi quod τῷ omisit H πραροσολύμων V. 12, 25 ἐπιλῦσαι, τοῦτο δὲ εἶχεν ἀπὸ χαρίσματος πνεύματος ἁγίου BH λῦσαι ... χαρίσματος om. V. 42, 1 γήινα BH λέγει ἵνα V. 79, 20—22 αὐτῇ .. παρέχειν BH om. V.


Tum codex H a B discrepans cum V consentit 43, 5, ut praetermittam verba 27, 6 — 30, 6 in codice B folio forte evulso deperdita in H exstare. Isto enim loco, quae V praebet verba, in B omissa βαρυτέρα δὲ καὶ ἡ παραίτησις exstant in H, nisi quod καί deest. Atque recte hanc vocem in H deesse eo comprobatur, quod in epitome quoque Parisina (P) p. 88, 13 omissa est.

Denique codex H et a B et a V discrepans nonnullis locis meliorem exhibet lectionem: 1, 14 BV praebent ὁ χρόνος παραφθείρει εἴτε διαφθείρεις εἴτε διὰ τῆς λήθης εἴτε διὰ τῆς ῥαδιουργίας. Verba εἴτε διαφθείρεις, quae cum sensu careant, Hauptium secuti delevimus, non inveniuntur in H. 9, 7 οὐκ ἐν προσποιήσει ἀλλ' ἀληθείᾳ H, οὐκ ἐν προσποιήσει καὶ ἀληθείᾳ BV. Verum igitur Hauptius assecutus est, nos in loco emendando erravimus. 29, 8 σὺν τῇ γυναικὶ καὶ τῷ βρέφει H, quod in adnotatione critica coniecimus, τὸ βρέφος BV. 29, 23 μαρτύρομαί σε H, idem nos coniecimus, μαρτυροῦμαί

Digitized by Google

BV. 30, 18 ἐπλεύσαμεν ἡμέρᾳ ὀγδόῃ καὶ εἰκάδι Γορπιαίου, κατὰ δὲ Ῥωμαίους Σεπτεμβρίῳ εἰκάδι τρίτῃ H ἐπλεύσαμεν ἡμέρᾳ ὀγδόῃ καὶ εἰκάδι τρίτῃ BV [1]).

Ex his apparet, cum codices B et V ex uno eodemque exemplo descripti esse videantur, codicem H artiore cognationis vinculo cum communi illorum archetypo, quam cum alterutro coniunctum esse. Possis igitur rationem, quae inter tres illos codices intercedit hac fere figura quasi sub oculos subicere




Gravissimus omnium, quos supra commemoravi, locorum postremus est. Nam nunc demum codicis H lectione constat, quo die Porphyrius Caesarea profectus sit, cum Constantinopolim peteret. Quae res ad rerum annis 401 et 402 gestarum ordinem definiendum et describendum plurimum valet.

Sed priusquam ad eam quaestionem tractandam aggrediar, levis Marci error corrigendus est. Schuerer in egregia commentatione inscripta: 'Der Kalender und die Aera von Gaza' (in act. academ. reg. Berol. 1896 p. 1065—1087) collatis nummis Gazaeorum octoginta

1) Precibus meis commotus Hierosolymorum archiepiscopus totam editionem nostram cum codice H conferendam curavit et mihi omnes varias eius codicis misit lectiones, quas brevi tempore ante acceptas mox alio loco publici iuris faciam.

Digitized by Google

quattuor (annorum inde ab a. 3 usque ad a. 221 p. Ch. n.) et titulis sepulcralibus christianis (annorum inde a 505 usque ad 609) Gazaeorum tempora a d. XXVIII mensis Octobris anni 61 a. Ch. n. deduci docuit. Cum igitur Porphyrius secundum Marci verba 82, 10 s. d. II mensis Dystri anni Gazaeorum 480 mortuus sit, hic dies d. XXVI m. Febr. a. 420 p. Ch. n. respondet. Erravimus igitur in nominum indice editionis Lipsiensis v. Porphyrius, quod Sanclementium [1]) secuti anno 419 illius mortem adscripsimus.

Quae cum ita sint, non solum quo anno et mense, sed etiam quo die Porphyrius episcopatum inierit, iam accuratius demonstrari potest. Etenim Marco teste Porphyrius, postquam annos XXIV menses XI dies VIII episcopus fuit, die II m. Dystri a. 480 Gaz. i. e. anni 420 p. Ch. n. mortuus est. Itaque quoniam Gazaeorum menses triginta dierum sunt [2]), viginti duo desunt dies, ut totos XXV annos episcopatu functus sit. Atque si facultas ei fuisset diutius vivendi, die XXV m. Dystri anni 420 vicesimum sextum episcopatus annum auspicaturus erat. Ergo episcopatum suscepit eodem illo die XXV annis ante i. e. d. XXV m. Dystri a. 395, qui diei XXI m. Mart. respondet (cf. Ideler Chronol. I p. 438. Schuerer l. c. p. 1066). Qui erat anno 395 dies Mercurii. At Marcus narrat Porphyrium ὀψὲ σαββάτῳ (15, 6) Caesaream ingressum postridie mane i. e. die dominica (XVIII m. Mart.) episcopum creatum

1) Musei Sanclementiani numismata selecta 1809 part. II lib. III p. 252—260 lib. IV p. 153—159.

2) Cf. infra p. 9.

Digitized by Google

esse. Addit autem Porphyrium, postquam alterum diem (d. XIX m. Mart.) Caesareae versatus esset, profectum duobus post diebus i. e. die Mercurii XXI m. Martii vespere Gazam intrasse. Sequitur igitur, ut Marcus initium episcopatus Porphyrii non ex eo die, quo Caesareae creatus, sed quo Gazam ingressus est, repetiverit.

Tum Schuerer l. c. p. 1066 s. et 1080 s. de fastis agit Gazaeorum usus duobus hemerologiis, quorum alterum Lugduni Batavorum (cf. Ideler l. c. p. 411 et 438 s.), alterum Florentiae asservatur [1]). Qui codices, quia in utroque menses Panemus et Lous omissi sunt ad unum eundemque redeunt archetypum. His ex hemerologiis cognoscitur Gazaeos initium anni repetiisse a die XXVIII m. Octobris atque mensium quidem nominibus iisdem atque Syromacedones usos, sed in discribendis et distribuendis anni partibus Alexandrinorum morem secutos esse. Annus igitur Gazaeorum quoque in duodecim menses tricenorum dierum divisus erat. Quibus quotannis quini accesserunt dies intercalares (ἐπαγόμεναι), quinto quoque anno seni. Interponebantur autem secundum hemerologia inter mensem decimum et undecimum i. e. Loum et Gorpiaeum, ita ut diebus inde a die XXIV usque ad d. XXVIII mensis Augusti fastorum Romanorum responderent.

Quod re vera in annum 541 p. Ch. n. cadere Schuerer l. c. p. 1083 demonstravit collato titulo quodam illius anni, quo leguntur verba τῇ ἐπαγομένῃ $\overline{\delta}$

1) Cf. Usener in Mommseni chron. min. III p. 366.

Digitized by Google

τοῦ αχ ἔτους ἰνδ. δ̄ i. e. die IV intercalari anni 601 indictione IV. Annus enim Gazaeorum 601 respondet tempori quod erat inde a die XXVIII m. Octobris 540 usque ad d. XXVII m. Octobris 541 p. Ch. n. Atque quarta haec indictio complectebatur tempus inde a d. I m. Sept. a 540 usque ad d. XXXI m. Aug. a. 541. Quam ob rem dies quartus intercalaris anni Gazaeorum 601 ea tantum condicione in indictionem quartam incidere potuit, si ἐπαγόμεναι tum intercalabantur ante d. I m. Sept. i. e. ante mensem Gazaeorum undecimum sive Gorpiaeum. Conveniunt igitur titulus et hemerologia atque efficitur sexto certe saeculo ἐπαγομένας a Gazaeis non post ultimum anni mensem, sed inter decimum et undecimum i. e. inter Loum et Gorpiaeum intercalari solitas esse.

Neque aliter rem se habere potuisse Marci temporibus i. e. initio saeculi quinti eo efficitur, quod hemerologiorum archetypum una cum tabulis astronomicis manualibus a 372 p. Ch. n. a Theone editum esse certe constat[1]). Errat igitur Marcus, cum dicit p. 30, 18 s. ἐπλεύσαμεν ὀγδόῃ καὶ εἰκάδι Γορπιαίου κατὰ δὲ Ῥωμαίους Σεπτεμβρίῳ εἰκάδι τρίτῃ. Nam dies XXVIII m. Gorpiaei secundum hemerologia diei XXV m. Sept. respondet. Quomodo autem hic error ortus sit, facile demonstrari potest. Marcus enim p. 29, 21 s. de theophaniis agens a Gazaeorum populo celebratis quinque dierum intervallum inter fastos Gazaeorum et Romanorum esse dicit. Quod in solos menses cadit

1) Cf. Usener Rh. Mus. XXVIII p. 403 s.

Digitized by Google

Ianuarium et Aprilem [1]) (v. p. 46, 24) a Marco autem falso etiam ceteris mensibus attributum est. Itaque episcopi non die XXIII, sed die XXV m. Sept. Constantinopolim profecti sunt.

Maximi autem momenti est haec codicis Hierosolymitani lectio 30, 18 s. ad constituenda tempora itineris a Porphyrio Constantinopolim facti, de quibus nunc demum certiora proferri possunt.

Gentianus Hervetus verba 30, 18 s. in codice Vindobonensi corrupta (cf. ed. Lips. praef. p. VIII) sic reddidit: 'navigamus vicesimo tertio mensis'. Henschen (AA. SS. Febr. III p. 647) in adnotatione ad hunc locum facta nihil nisi mensis Gazaeorum nomen excidisse arbitratus 'vicesimum tertium mensis Peritii' (qui diei XVII m. Februarii respondet) scribendum censuit. Cui quod ne codex quidem B meliora praebuit obsecuti sumus in editione Lipsiensi, cum verba ὀγδόῃ καὶ εἰκάδι τρίτῃ in codicibus B et V tradita haud ita difficile ex ὀγδόῃ καὶ εἰκάδι Περιτίου corrumpi potuisse viderentur. Sed iam Tillemont (Hist. eccl. X 1732 p. 846) monuerat Henscheni coniecturae repugnare Marci verba 30, 4 ἡ γὰρ χειμέριος τροπὴ λοιπὸν ἐπιλαμβάνεται. Ac profecto haec nullo modo mense Peritio i. e. Februario dici potuerunt. Quam ob rem coniecit episcopos die XXIII m. Apellaei i. e. ex ipsius sententia [2]) d. XVIII m. Decembris a. 400 Constantinopolim profectos esse.

---

1) Cf. Ideler l. c. p. 438.

2) Re vera dies XXIII m. Apellaei diei XIX m. Decembris respondet.

Digitized by Google

Sed ne Tillemont quidem verum assecutus est. Nunc enim, ut supra dictum est, codicis H beneficio constat episcopos d. XXVIII m. Gorpiaei sive d. XXV m. Septembris Caesarea profectos esse. Iam omnia bene se habent. Nam in mensem Septembrem verba ista 30, 4 ἡ γὰρ χειμέριος τροπὴ λοιπὸν ἐπιλαμβάνεται optime cadunt. Hieme instante Ioannes Caesareae episcopus navigationi se committere veretur. Iis enim temporibus semper fere per totam hiemem (inde a d. XI m. Novembris usque ad d. V m. Martii) navigationem intermissam esse constat [1]). Atque hac re potissimum commoti episcopi totam hiemem Constantinopoli videntur morati esse: mense demum Aprili (46, 25) insequentis anni (διατρίψαντες δὲ τὸ ὑπόλοιπον τοῦ χειμῶνος καὶ ποιήσαντες τὰς ἁγίας ἡμέρας τῆς πασχαλίας καὶ τὴν ἀναστάσιμον εὐτρεπιζόμεθα ἐκπλεῦσαι 44, 26 s.) Gazam profecti sunt.

Episcopi viginti diebus post Caesaream relictam (30, 20. 33, 8) d. fere XVI m. Octobris Constantinopolim perveniunt et paucis diebus post Eudoxiam Augustam adeunt, quae non longe a partu abest, nam ipsa episcopis dicit 38, 11 οὗτος γάρ ἐστιν ὁ μὴν ἔνατος καὶ ἐγγύς ἐστιν τοῦ πληρῶσαι. Quod cum iam d. fere VI m. Octobris episcopis a Procopio anachoreta Rhodi in insula (33, 2) iisdem fere verbis dictum esset, Theodosius Minor auctore Marco diacono exeunte mense Octobri vel paucis diebus post natus est. Cum autem die III m. Aprilis 400 Arcadia Theodosii soror in lu-

---

1) Cf. Friedlaender Sittengeschichte Roms II [5] p. 20 s.

Digitized by Google

cem edita sit [1]), sequitur, ut Theodosius autumno non anni 400, sed anni 401 natus sit eodemque hoc anno 401, non 400 episcopi iter fecerint.

Praeterea iis quoque, quae Marcus de episcoporum ipsiusque reditu tradit, vetamur, ne hieme a. 400/401 eos Constantinopoli versatos esse existimemus. Dicit enim 45, 1 ποιήσαντες τὰς ἁγίας ἡμέρας τῆς πασχαλίας καὶ τὴν ἀναστάσιμον εὐτρεπιζόμεθα ἐκπλεῦσαι. Dein, cum episcopos Eudoxiae et Arcadio valedixisse narraverit, pergit 46, 21 ἐποιήσαμεν δὲ ἐν τῇ πόλει ἄλλας ἡμέρας τρεῖς, ἕως οὗ ἐλάβομεν τὴν ληγατιῶνα τῶν τεσσαράκοντα λιτρῶν καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐμβαλόμενοι ἐπλεύσαμεν τῇ κατὰ Γαζαίους Ξανθικοῦ τρίτῃ καὶ εἰκάδι, κατὰ δὲ Ῥωμαίους Ἀπριλλίου ὀκτωκαιδεκάτῃ. Haec ut egregie cadunt in a. 402, quo anno pascha celebrata est die VI m. Aprilis, ita non quadrant in annum 401, quo dies XIV m. Aprilis dies resurrectionis domini fuit. Nam licet ponamus — quod veri valde est dissimile — episcopos pascha peracta statim die XV m. Aprilis ad imperatores atque eodem die et Augustam et Augustum salutatum venisse, tamen, quia salutatione facta tres alios dies (46, 21) i. e. d. XVI, XVII, XVIII in urbe versati esse dicuntur, ante diem XIX m. Aprilis Constantinopoli profecti esse nullo modo possunt [2]).

---

1) Chron. pasch. I p. 567, 10 s. Dind. ἐγεννήθη Ἀρκαδία ἐπιφανεστάτη μηνὶ Ξανθικῷ πρὸ γ̄ νωνῶν Ἀπριλίων.

2) Nescio an recte Marci verba interpreter, cum episcopos tribus post salutationem diebus proficiscentes facio. Nam Marcus dicit (46, 21 s.) episcopos tres dies in urbe mansisse, donec pecuniam accepissent atque tribus diebus post urbe decessisse. Dubitari igitur potest, utrum altero loco eosdem an tres alios dies di-

Digitized by Google

Huc accedit aliud. Marcus 38, 15 s. gloriatur sese cum episcopis, ubi Constantinopolim venissent, cottidie Ioannem Chrysostomum convenisse. Tota autem reliqua narratione eius nusquam fit mentio, ut appareat ne valedixisse quidem ei episcopos domum redituros. Dixerit sane quispiam eos eam ob causam Ioannem non iam adiisse, quia Augusta ei irasceretur (33, 18). At ipsa illa Marci verba 38, 15 s. docent episcopos postea quoque, quam Eudoxiam adiissent, illum convenisse. Nihil igitur restat, nisi ut ponamus posteriore parte eius temporis, quo Porphyrius Constantinopoli versaretur, Ioannem itinere facto ab urbe afuisse. Quod iam Tillemont, qua erat sagacitate et doctrina, perspexit. Nam recte monuit eo tempore ab Ioanne Chrysostomo iter longius in Asiam factum esse ad inquirenda crimina in Antoninum Ephesiorum episcopum coniecta. Non autem initio anni 401, ut Tillemont voluit, sed hieme anni 401/402 hoc iter susceptum est. Palladius enim in dialogo de vita Ioannis Chrysostomi PGM XLVII p. 47 ss. memoriae prodit Eusebium Valentinopolitanorum episcopum indictione XIII (i. e. intra d. I m. Septembris a. 399 et d. XXXI m. Augusti a. 400) Constantinopolim venisse et praesentibus viginti duobus episcopis Antoninum Ephesiorum episcopum accusavisse. Ioannem autem Chrysostomum, ut crimina ab Eusebio in Antoninum coniecta examinaret, ipsum tunc in Asiam proficisci noluisse, quia Gainae, militum Gothicorum

---

xerit. Si vero sex diebus post salutationem factam episcopi Constantinopoli profecti sunt, hoc multo etiam minus anno 401 fieri potuisse in propatulo est.

Digitized by Google

ducis tumultus immineret (ἦν γὰρ Γαϊνᾶς ὁ βάρβαρος ὁ προσδοκώμενος θόρυβος l. c. p. 49). Tumultus vero ille Gothicus exarsit mense fere Iulio a. 400, die eius mensis XII Gainas cum suis urbe decedere coactus est [1]). Ex quo efficitur causam Antoninianam vere sive initio aestatis anni 400 ab Eusebio motam esse. Ioannes igitur tres misit episcopos, qui media aestate (ἦν δὲ τὸ ἀκραιφνὲς τῆς θερινῆς ὥρας l. c. p. 50) profecti et ad rem inquirendam testesque percontandos septuaginta dies in Asia versati infecta re Constantinopolim redeunt. Quae cum ita sint, Ludwig 'Johannes Chrysostomus in seinem Verhältniss zum byzant. Hof' 1883 p. 46 et Gueldenpenning 'Geschichte des ostroem. Reiches unter den Kaisern Arcadius und Theodosius II' 1885 p. 141 et Gelzer apud Krumbacherum 'Geschichte der byzant. Litteratur' 1897 [2] p. 914 aperte errant, cum Ioannem iam initio anni 400 in Asiam profectum esse dicunt.

Interea, dum Constantinopoli res agitur Antoniniana, Antoninus ipse diem supremum obit atque Ephesii per litteras Ioannem Chrysostomum adeunt, ut ipse ad res ecclesiasticas restituendas in Asiam proficiscatur. Tum demum hieme (χειμερίας τῆς ὥρας l. c. p. 50) Ioannes eo se confert. Non autem initio anni 401, ut Tillemont aliique eum secuti putaverunt, sed fine anni 401 vel initio anni 402 hoc iter susceptum est. Bis enim

---

1) Chron. pasch. I p. 567, 12 s. D. καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει (i. e. 400) ἐσφάγησαν Γότθοι πολλοὶ ἐν τῷ Λαιμομακελλίῳ. καὶ ἐκάη ἡ ἐκκλησία τῶν Γότθων σὺν πολλῷ πλήθει Χριστιανῶν μηνὶ Πανέμῳ πρὸ δ̄ ἰδῶν Ἰουλίων.

Digitized by Google

Palladius praedicat [1]) causam Antoninianam, quae, ut supra demonstratum est, vere anni 400 mota erat, duos per annos actam esse.

Ioannes autem Chrysostomus post pascham ex Asia revertitur, postquam plus centum diebus ibi versatus est. Cf. homil. de regressu ex Asia latine tantum servata PGM LII p. 421: 'ego (Ioannes) autem non quadraginta dies tantum, sed et quinquaginta et centum et amplius' (sc. afui) et p. 422: 'desiderabamus, inquitis (i. e. cives Constantinopolitani) tecum (i. e. cum Ioanne) facere pascha'. Quoniam autem dies resurrectionis domini anno 402, ut supra dictum est, d. VI m. Aprilis celebratus est, Ioannem initio anni 402 vel iam fine anni 401 hoc iter suscepisse necesse est.

Cum his optime convenit, quod Theodosius Minor non ab Ioanne, sed a Severiano Gabalensi baptizatus esse proditur. cf. Ado chron. PLM CXXIII p. 100[b]: 'Severianus Gabalensis episcopus in divinis scripturis eruditus et declamator admirabilis fuit. Unde frequenter ab episcopo Ioanne et imperatore Arcadio ad faciendum sermonem Constantinopolim evocabatur. H i c i u n i o r e m T h e o d o s i u m e s a c r o f o n t e s u s c e p i t, cuius et tempore moritur'.

Neque everti potest Adonis auctoritas Theophanis (chronogr. ed. de Boor I. p. 76, 1 s.) et Cosmae Vestitoris (PGM LXV p. 820[a] adn. 28) verbis, qui Theodosium Minorem ab Ioanne Chrysostomo baptizatum

---

1) l. c. p. 51[a]: ἐπειδὴ ἡ δίκη τὸ πλεῖστον ἐπὶ δύο ἔτη ἐβασανίσθη. p. 51[d]: καὶ οὐκ εἰς μίαν ἡμέραν γεγένηται, ὡς ἐψεύσατο ὁ Θεόφιλος, ἡ ἐξέτασις, ἀλλ' ἐπὶ δύο ἔτη.

Digitized by Google

esse dicunt. Multo enim facilius a posterioribus rerum scriptoribus Ioannis nomen longe celeberrimum in Severiani locum, quam huius pro illo substitui potuisse consentaneum est. Nescio autem an illi eorumve auctor ipsius Ioannis verbis commoti vel potius decepti haec tradiderint. Nam Ioannes (in sermone post reditum ab exilio PGM LII p. 445) Eudoxiam Augustam per litteras sibi dicentem facit μέμνημαι, ὅτι διὰ τῶν χειρῶν τῶν σῶν τὰ παιδία τὰ ἐμὰ ἐβαπτίσθη. Quibus ex verbis colligere minime licet omnes Eudoxiae liberos ab Ioanne baptizatos esse.

Vidimus ergo Theodosium Minorem Marco auctore exeunte mense Octobri a. 401 vel paucis diebus post natum esse. Attamen ab omnibus fere rerum scriptoribus et chronographis[1]) eum die X m. Aprilis anni 401 in lucem editum esse traditur. Quaeritur igitur, utrum Marco an chronographis maior sit habenda fides. Atque primum quidem Marco favet, quod omnia, quae de itinere a Porphyrio Constantinopolim facto ceterisque rebus tunc gestis memoriae prodit, optime inter se congruunt et cohaerent. Deinde etiam magis augetur Marci narrationis auctoritas eo, quod cum iis, quae aliunde de illorum temporum rebus et rationibus comperta habemus, velut de paschae a. 402 tempore, de Ioannis patriarchae itinere, de Theodosio II a Severiano baptizato, de Arcadiae Arcadii filiae die natali egregie concinunt et consentiunt.

---

1) Socrat. hist. eccl. VI, 6. Chron. pasch. I p. 567, 20 s. D. Marcell. Com. chron. (Monum. German. XI = Chron. min. ed. Mommsen II p. 67). Cf. de Muralt: Essai de chronographie byzantine p. 9.



Digitized by Google

Contra dixerit quispiam Marcum etiam aliis in rebus erravisse velut cum diceret 38, 24 s. ὁ δὲ γεννηθεὶς νέος Θεοδόσιος ἐν τῇ πορφύρᾳ ἐτέχθη, ὅθεν καὶ ἀπὸ λοχείας βασιλεὺς ἀνηγορεύθη. Nam Theodosium d. X. m. Ianuarii Augustum declaratum esse constat [1]. Sed etsi libenter concedo Marcum, ut hominem a rebus publicis alienum, hac in re errasse, minime ita eo abutemur, ut in rebus, quas ipse oculis vidit auribusque percepit, ei utcumque fidem derogemus. Paulo gravius est, quod Marcus (10, 21 s.) a Praylio Hierosolymorum episcopo anno 392 Porphyrium presbyterum factum esse contendit. Nam illo tempore Ioannem episcopum huius urbis fuisse inque eius locum anno fere 417 Praylium successisse inter omnes constat (cf. adn. ad temporum tabulam a. 392). Sed animadvertendum est Marcum omnes Porphyrii res episcopatu superiores brevissime et, ut videtur, memoriae suae confidentem litteris mandasse; quae eum hoc loco fefellit. Quamquam fieri potest, ut Praylius, cum Porphyrius presbyter crearetur, ab ea re haud prorsus alienus fuerit atque propterea Marcus in eam opinionem adductus sit, ut Praylium tunc episcopum fuisse putaret. Res autem inde ab episcopatu a Porphyrio gestas Marcus accuratius narrare coepit et menses dies horas adnotat, quibus quaeque res gravior facta est (cf. 18, 20 s. 19, 21. 30, 18. 46, 24. 82, 10), ut iure credas Marcum post episcopatum a Porphyrio susceptum graviores quidem res in diurnos quosdam commentarios rettulisse iisque postea in vita

---

1) Testimonia huius rei v. apud Sievers: Studien zur Geschichte der roem. Kaiser 1870 p. 419 s.

Digitized by Google

describenda usum esse. Non igitur video, cur ei fidem derogemus, cum dicit 3, 24 ss. αἰτῶ δὲ τοὺς ἐντυγχάνοντας τῷδε τῷ συγγράμματι μὴ ἀπιστεῖν τοῖς λεγομένοις· αὐτόπτης γὰρ τῆς ἀρετῆς τοῦ ἀνδρὸς ἐγενόμην συνοικήσας καὶ συμπλεύσας καὶ συγκακουχηθεὶς αὐτῷ ἕως τῆς τελευταίας ἡμέρας τῆς ἐνθάδε αὐτοῦ ζωῆς, nec vereor, ne quis eorum, quae Usener 'Der heil. Theodosius' p. XX ss. exposuit, immemor miracula ab eo narrata mihi opponat.

Quae cum ita sint, in ea quoque quaestione dirimenda, quae est de die Theodosii II natali, Marco potissimum teste uti cum Tillemontio non dubito, etsi quomodo ceterorum scriptorum ortus sit error Theodosium Minorem d. X. m. Aprilis a. 401 natum facientium explicare nequeo idque doctioribus explanandum relinquo. Quodsi Tillemont errorem inde repetendum esse coniecit, quod dies Theodosii Minoris natalis cum eo die confusus esset, quo Theodosius baptizatus esset, coniecturam hanc sane speciosam falsam esse ex iis, quae supra demonstrata sunt, efficitur [1]).

His praemissis iam temporum tabulam proponam.

1) Tillemont coniecturam suam Theodori Lectoris confirmari putavit verbis (l. II. c. 64 PGM LXXXVI 1 p. 213 [b]) ἐβασίλευσε ὁ νέος Θεοδόσιος ὁ υἱὸς Ἀρκαδίου μηνὶ Ἰανουαρίῳ καὶ συνεβασίλευσε τῷ πατρὶ ἔτη ἑπτὰ καὶ μῆνας τρεῖς. Arcadius autem Kal. Maiis a. 408 mortuus est. Si igitur Theodosius annos septem et tres menses una cum patre regnavit, post Kal. Februarias anni 401 natus esse non potest. Sed hoc loco non de die natali agitur Theodosii, sed quo die Augustus declaratus sit, quod, ut supra vidimus, mense Ianuario a. 402 factum est. Itaque Theodorus, ut saepius errat, cum numeros computat annorum, ita hoc quoque loco falso pro sex annis septem posuit. Quam ob rem ab hac quaestione dirimenda omnino procul habendus est.

Digitized by Google

## Fasti Porphyriani.

c. a. 347 Porphyrius parentibus nobilibus et divitibus (4, 13 s.) nascitur Thessalonicae[1]) et fidei Christianae addicitur 4, 10 s. πατρίδα μὲν ἔσχεν τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλήμ (εἰς ταύτην γὰρ καὶ ἀπεγράψατο)

363 *d. XXIII m. Augusti Gratianus Augustus declaratur*

c. a. 372 Porphyrius patria relicta in Scetim[2]) se confert et paucis diebus post monachus fit[3]) 4, 12 s. 6, 11—16

375 *d. XVII m. Novembris Valentiniano patre mortuo Gratianus fit imperator*

c. a. 377 Porphyrius quinque annis, postquam in Scetim pervenit, Hierosolyma proficiscitur et locis sacris visitatis ad Iordanis ripam se confert ibique in specu per quinque annos habitat 4, 18—23

---

1) Porphyrius a. 420 (82, 10 cf. supra p. 8) paene viginti quinque annos episcopatu functus mortuus est. Tres annos presbyter erat 11, 6 et annos fere quadraginta quinque 11, 5 natus presbyter factus est. Vitiosa est versio Gentiani Herveti l. c. p. 652 f: 'Erat vero b. Porphyrius, quando accepit ordinationem, circiter quadraginta annos natus.' Qua decepti Tillemont (Hist. eccl. X p. 850) et Le Quien (Oriens Christ. III p. 611) Porphyrium anno demum 352 vel 353 natum faciunt.

2) De Sceti 'in eremo vastissima' Aegypti sita atque a monachis frequentata praeter Palladii historiam Lausiacam, qua saepissime commemoratur, conferatur Rufini historia monachorum II 29 PLM XXI p. 453c (v. AA. SS. Ian. I p. 88e).

3) Fratribus enim admodum pueris ipse iam adultus patriam reliquit. Itaque tunc plus minus viginti quinque annos natus fuisse putandus est.

Digitized by Google

377 *Arcadius nascitur*

379 *d. XIX m. Ian. Theodosius I orientis imperium suscipit*

c. a. 382 Porphyrius aegrotus Hierosolyma redit 4, 23—5, 3

383 *d. XVI m. Ian. Arcadius Augustus renuntiatur.*

383 *d. XXV m. Aug. Gratianus occiditur et Theodosius I totius imperii fit dominus*

Ante a. 392 Marcus calligraphus 5, 14 ex Asia Hierosolyma 5, 10 profectus Porphyrio comitem se adiungit. Cuius iussu Thessalonicam se confert 6, 18 s. et totam Porphyrii rem familiarem cum fratribus divisit 7, 2 s. Porphyrius pecuniam acceptam 9, 13 pauperibus et hominibus et monasteriis imprimis Aegypti distribuit [1])

392 Porphyrius presbyter fit [2]) custosque sanctae crucis 10, 22 ss. 11, 5

---

1) Adnotat Marcus monasteria Aegyptiaca tunc pauperrima fuisse πολὺ γὰρ ἦν πτωχὰ τὰ ἐκεῖσε μοναστήρια 9, 18. Exstat aliud et longe diversum eiusdem fere aetatis de hac re testimonium Pallad. p. 1028 c καὶ λέγει (i. e. Pambo monachus) τῷ οἰκονόμῳ αὐτοῦ Ὠριγένει· Δέξαι καὶ οἰκονόμησον αὐτὰ πᾶσι τοῖς κατὰ Λιβύην καὶ τοῖς ἐν ταῖς νήσοις ἀδελφοῖς· ταῦτα γὰρ τὰ μοναστήρια πένεται πλέον παρὰ τὰ ἄλλα, παραγγείλας αὐτῷ μηδενὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ δοῦναι ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρήματος διὰ τὸ εὐπορωτέραν εἶναι τὴν χώραν.

2) Marco auctore Porphyrius a Praylio Hierosolymorum episcopo presbyter factus est. At inde ab anno 386 usque ad a. fere 417 Ioannem huius urbis episcopum fuisse constat (cf. Le Quien l. c. III p. 161 s.), cui Praylium successisse Theodoretus (hist. eccl. V 38, 1) memoriae prodit. Henschen (AA. SS. Febr. III. p. 653 adn.), ut Marci fides servaretur, Praylium a. 392 chorepiscopum

Digitized by Google

c. 393 Irenion Gazae episcopus moritur[1]) et Aeneas ei succedit 11, 19

394 *exeunte anno vel 395 ineunte Ioannes Caesareae fit episcopus*[2])

394 exeunte anno vel ineunte a. 395 Aeneas Gazae episcopus moritur 11, 18

395 *d. XVII m. Ian. Theodosio patre mortuo Arcadius orientis suscipit imperium*

395 ante mensem Martium Barochas Porphyrio comitem se adiungit 14, 15

395 d. XVI m. Mart.[3]) Porphyrius a Ioanne Caesareae metropolita accersitus cum Marco et Barocha Hierosolymis Caesaream proficiscitur 14, 20 s.

395 d. XVII m. Mart.[3]) (ὀψὲ σαββάτῳ 15, 6) Porphyrius Caesaream pervenit 14, 21

395 d. XVIII m. Mart.[3]) Prophyrius ab Ioanne episcopus Gazae creatur 15, 19 s.

395 d. XX m. Mart.[3]) Porphyrius Caesaream relinquit[4]) et, postquam Diospoli pernoctavit, d. XXI m. Mart. vespere Gazam intrat 16, 4—6

---

fuisse putavit. At ipse Marcus eum p. 12, 20. 14, 8 Hierosolymorum episcopum appellat. Itaque cum Tillemontio (Hist. eccl. X p. 845 ss.) Marcum hoc loco erravisse concedendum est. Cf. supra p. 18.

1) Martyrol. Romanum ad d. XVI m. Dec.: 'Gazae in Palaestina s. Irenionis episcopi'.

2) Testimonia v. apud Le Quien l. c. p. 563.

3) cf. supra p. 8 s.

4) Duobus diebus ante Ioannes Caesareae episcopus eum monuerat, ut quam celerrime Gazam proficisceretur (ἐπέτρεψεν δὲ ἡμῖν τὴν ταχίστην ἐξελθεῖν 16, 2 s.). Quod sine ullo dubio ideo factum est, ut Gazaeorum populus d. XXV m. Martii pascham,

Digitized by Google

395 *d. XXVII m. Aprilis Arcadius imperator Eudoxiam in matrimonium ducit*

395 *d. IX m. Novembris Theodosii I corpus Constantinopolim allatum sepelitur*

395 *Rufino d. XXVII m. Nov. interfecto Eutropius eunuchus sancti cubiculi praepositus plurimum gratia apud Arcadium imperatorem valere coepit*

395 inde ab exeunte mense Octobri usque ad d. III m. Ian. 396 ἀνομβρία Gazae 17, 9. 19, 3. 21

396 d. III m. Ian. processione a Christianis ad imbrem impetrandum facta vespere [1]) imbre effuso multi pagani a Porphyrio baptizantur 17, 19—19, 14

396 inde a die III usque ad diem V m. Ian. assiduus imber Gazae 19, 19 s., quam ob rem d. VI m. Ian. theophania a Christianis magna cum laetitia celebrantur 19, 24

Intra annos 396 et 398 Gazae Christiani a paganis iniuriis premuntur et Barochas graviter violatur

---

iis temporibus diem apud Christianos totius anni festissimum et clarissimum, una cum novo episcopo celebrare posset.

1) 18, 20 s. Marcus Christianos hora nona ad urbis portam revertisse dicit. Quam cum clausam invenissent, duas horas i. e. usque ad horam undecimam ante portam permanent, cum subito tempestas cooritur et mox sole occidente imber effunditur. Itaque apud Gazaeos quoque dies sole oriente initium cepit. cf. G. Bilfinger 'Der buergerliche Tag' 1888 p. 8 al. Atque cum numerus ordinalis horae adiectus semper fere horam finitam significet (cf. Bilfinger 'Die antiken Stundenangaben' 1888 p. 9 s.), hora nona apud Gazaeos initio m. Ian. horae nostrae 2,30′, hora undecima nostrae 4,10′ respondet, solis autem occasus in horam nostram quintam cadit. Cf. Bilfinger l. c. p. 157, quo loco tabulam addidit horarum Alexandrinarum, quae Gazaeorum horis optime respondent.

Digitized by Google

20, 5—24, 4. Paulo post Marcus et Barochas diaconi fiunt 24, 5 s.

397 *d. XVII m. Iun. Flacilla Arcadii filia nascitur*

398 *d. XXVI m. Febr. Ioannes Chrysostomus episcopus fit Constantinopolis* [1])

398 post d. XXVI m. Febr. Porphyrius Marcum diaconum Constantinopolim mittit [2]) ad edictum de templis Gazaeorum diruendis impetrandum 24, 8 ss.

398 Marcus viginti diebus, postquam profectus est, Constantinopolim pervenit 24, 17

398 septem diebus post Marci adventum edictum de claudendis Gazaeorum templis editur 25, 4

398 Tribus diebus post edictum editum Marcus Constantinopoli decedit. Decem diebus post (quadraginta diebus post Gazam relictam) domum redit 25, 8—10

398 Septem diebus post Marci reditum Hilarius [3]) magistri officiorum subadiuva (25, 7) Gazam in-

---

1) Socrat. hist. eccl. VI, 2.

2) Non ante diem XXVI m. Febr. Marcum profectum esse eo efficitur, quod, cum proficisceretur, Ioannes iam episcopus erat cf. p. 24, 13 ss. Neque vero post diem XXVII m. Iul. eiusdem anni advenisse videtur, quo die Eutropio auctore lex lata est de ecclesiis asyli iure privandis, cuius fragmenta exstant in codice Theodosiano IX 40, 16. 45, 3. XVI 2, 32. 33. Cf. Tillemont Hist. eccl. X p. 851, Hist. des empereurs V p. 447 s. Qua lege lata discidium inter Eutropium et Ioannem ortum est. Cum autem Marcus Constantinopoli versaretur, amicitia illi inter se coniuncti erant.

3) Num hic Hilarius idem sit atque is, qui anno fere 387 proconsul Palaestinae erat, difficile est dictu cf. Zosim. IV 41,

Digitized by Google

gressus dirutis simulacris templa claudit excepto Marnio 25, 16 ss.

399 *d. XIX m. Ian. Púlcheria Arcadii filia nascitur*

399 *Tumultus in Asia exardescit. Eutropius eunuchus consul Gaina Gothorum duce auctore Cyprum relegatur. Paulo post Chalcedonem mittitur et fine eiusdem vel initio insequentis anni interficitur*[1])

400 *d. X m. Ian. Eudoxia Arcadii uxor Augusta declaratur, quae inde ab hoc tempore plurimum in rebus publicis valet*

400 *initio Arcadius imperator Chalcedone cum Gaina convenit. Gainas paulo post*[2]) *Constantinopolim*

---

G. Rauschen 'Jahrbücher der christl. Kirche unter Theodosius d. Grossen' 1897 p. 12. 270. Utrumque unum eundemque esse habendum hominem eo probabile est, quod ille Libanii amicus erat (cf. Liban. epist. 957. 973), hic paganis indulsit atque consentaneum est ab Arcadio missum esse hominem, cui iam antea res regionesque notae essent.

1) Exstat edictum de Eutropio relegando in cod. Theod. IX 40, 17 die XVII m. Ian. 399 editum. Sed mensis nomen corruptum et Eutropium aliquot mensibus post demum remotum esse Tillemont 'Hist. des empereurs V p. 780 s. demonstravit. Quem omnes fere viri docti secuti sunt. Recte autem Birtius monuit in praefatione Claudiani sui p. XXXV not. 20, quia lex insequens (cod. Theodos. IX 40, 18) VIII Kal. Aug. data esset, legem praecedentem ante eum diem latam esse. Sed non est praetermittendum iam d. XVI m. Mart. (cod. Theod. VI 27, 11) Hadrianum magistrum officiorum fuisse, Hosium igitur Eutropii amicissimum antea remotum esse. Nescio igitur an recte Sievers l. c. p. 360 ex hac re concluserit Eutropium quoque iam illo tempore i. e. medio fere mense Martio relegatum esse.

2) cf. Gueldenpenning l. c. p. 99.

Digitized by Google

*ingreditur, postquam impetravit, ut Aurelianus consul cum Saturnino consulari et Ioanne comite relegarentur*

400 *d. III m. Aprilis Arcadia Arcadii filia nascitur*

400 *d. XII m. Iul. Constantinopoli una ex ecclesiis cum septem milibus Gothorum comburitur. Dein Gainas urbe relicta hostis imperii declaratur*

400 *aestate iussu Ioannis Chrysostomi tres episcopi ad inquirenda crimina in Antoninum Ephesiorum episcopum coniecta in Asiam se conferunt, sed septuaginta diebus post infecta re Constantinopolim redeunt*[1])

400 exeunte, ut videtur, anno multi[2]) Ariani et a re publica removentur et puniuntur

---

1) Pallad. dial. d. v. Ioann. Chrys. l. c. p. 50, cf. supra p. 14 s.

2) 44, 9 s. ἐπέτρεψεν (i. e. Eudoxia) Ἀμαντίῳ ζητῆσαι ἄνδρα ζηλωτὴν Χριστιανὸν τὸν ὀφείλοντα ἐγχειρισθῆναι· πολλοὶ γὰρ τῶν ἐν ἀξίαις προσποιήτως εἶχον τὴν πίστιν, οὓς μετῆλθεν ἡ θεία δίκη· μαθόντες γὰρ οἱ βασιλεῖς, ὅτι οὐκ ὀρθῶς ἔχουσιν περὶ τὴν ἄχραντον πίστιν, περιεῖλον αὐτοὺς τῶν ἀξιωμάτων καὶ ἐζημίωσαν σώματι καὶ χρήματι. Tillemont Hist. des empereurs V p. 456 haec verba ad ea tempora rettulit, quibus Eutropius eunuchus relegatus est. At mihi quidem potius res a Marco significata ad ea tempora pertinere videtur, quae Gainae tumultum subsecuta sunt. Synesius enim, qui in libris Αἰγύπτιοι ἢ περὶ προνοίας res illo tempore gestas translatione ab Aegyptiorum fabula, quae est de Osiride et Typhone, sumpta describit, narrat Typhonem Scythis (i. e. Gothis Arianis) faventem eorumque (i. e. Gainae) tumultus auctorem, postquam illi expulsi essent, ipsum quoque e principatu depulsum et in vincula coniectum esse. Ut igitur Typhonem illum Synesii, ita alios quoque homines causae Arianae faventes tunc a re publica remotos et punitos esse credideris. Quamquam quis Typhon ille Synesii fuerit, adhuc ignotum est. Nam quod Gaiser,

Digitized by Google

400 *exeunte anno Aurelianus cum Saturnino et Ioanne comite Constantinopolim redeunt* [1])

---

qui postremus, quantum scio, de hac re egit (Des Synesius v. Kyrene aegyptische Erzählungen 1886 p. 19—26) Fabricium secutus bibl. gr. VIII p. 224 Gainam intellegendum esse putat, errare eum facile potest demonstrari. Nam fere omnia, quae Synesius de Typhonis vita memoriae prodit, in Gainam non quadrant. Atque primum quidem Typhon Aegyptius i. e. Romanus, Gainas autem Gothus est. Dein Gainam semper militem fuisse constat, de Typhone autem adulescente Synesius dicit I, 3 p. 9 Krabinger: ὁ δὲ ταμίας τε χρημάτων ἀποδειχθεὶς . . . ᾔσχυνεν ἑαυτόν τε καὶ τὸν ἑλόμενον κλοπῆς τε δημοσίων ἁλοὺς καὶ δωροδοκίας καὶ ἐμπληξίας εἰς τὴν διοίκησιν. Tum Gainas urbe relicta in Thracia occiditur, Typhon autem in urbe in vincula coniectus a fratre servatur. Porro Gainas ipse ab Arcadio, ut Arianis ecclesia daretur, impetravit, Synesius autem I 18 p. 44 s. dicit: ὁ Τυφὼς οὐκ αὐτοπρόσωπος δέει τοῦ Αἰγυπτίου πλήθους, ἀλλὰ διὰ τῶν βαρβάρων εἰσφρῆσαί τε ἐπέθετο καὶ ἱερὸν ἐν ἄστει δοῦναι. Denique Synesii Typhon frater est Osiridis i. e. Aureliani consulis anni 400. Hunc enim Osiridem esse Synesii inter omnes constat neque a Gaisero negatur. Atque quoniam scriptor in libris περὶ προνοίας id ipsum maxime sibi explicandum proposuit, quomodo duo eiusdem patris filii diversissima esse possunt natura, ineptus profecto esset, qui putaret hominem illum, qui sub Typhonis persona latet, non re vera Aureliani fratrem fuisse, sed id a Synesio fabulae Aegyptiacae gratia fictum esse.

Accedit, quod in προθεωρίᾳ libris περὶ προνοίας praefixa expressis verbis dicitur fabulam esse de filiis Tauri. Quam subditiciam esse Gaiser minime probavit.

1) Synesius l. c. II 3 p. 56: σπουδή τε πᾶσα ἐφ' ᾧ διαβῆναι τοὺς Σκύθας (i. e. Gainam et Gothos) καὶ τοῦ ῥεύματος (i. Hellesponti) ἐπὶ θάτερα (i. in Asiam), ἵνα μὴ ἐξ ἡμισείας τὰ Αἰγύπτια (i. imperium Romanum) πράττοι κακῶς, πάντα δὲ πανταχόθεν αἴροιτο καὶ μὴ σχολάζοιεν ἐπιζητεῖν Ὄσιριν (i. Aurelianum). Gainas autem consilium Hellespontum transeundi perficere conatus

Digitized by Google

400 *d. XXIII m. Dec. Gainae copiae a Fravitta in Hellesponto delentur* [1])

401 *d. III m. Ian. Gainae caput Constantinopolim affertur* [1])

401 m. Septembri Porphyrius Caesaream se confert et Ioannem archiepiscopum, ut secum Constantinopolim proficiscatur, commovet 29, 16—30, 9

401 d. XXII m. Septembris Marcus diaconus a Porphyrio arcessitus Caesaream pervenit 30, 10—16

401 d. XXV m. Sept. episcopi cum Marco Caesarea decedunt [2])

401 d. fere VI m. Oct. (30, 20) episcopi Rhodi in insula Procopium visitant anachoretam, qui eos edocet, quomodo Constantinopoli res gerenda sit 30, 22 —33, 4

401 d. XVI m. Octobris episcopi Constantinopolim perveniunt 33, 8

401 d. XVII m. Oct. episcopi Ioannem [3]) adeunt Chrysostomum 33, 9

---

d. XXIII m. Dec. a. 400 fugatur. Neque tamen post a. 400 redisse Aurelianum efficitur Synesii verbis II 4 p. 57 s. λεγέσθω δὲ αὐτοῦ καὶ κάθοδος ἱερὰ ... καὶ δᾳδουχίαι καὶ διανομαὶ γερῶν καὶ ἐπώνυμον ἔτος, unde apparet eum ante elapsum annum 400, cuius anni consul erat, Constantinopolim revertisse. Cf. Clinton Fasti Rom. I p. 548.

1) Chron. pasch. p. 567, 18 D. Cf. Gueldenpenning l. c. p. 128 not. 28, qui Gainae caput exeunte mense Februario Constantinopolim allatum esse coniecit.

2) cf. supra p. 10 s.

3) Ioannes episcopis dicit 33, 17 ἐγὼ μὲν οὐκ ἰσχύω τῷ βασιλεῖ λαλῆσαι· παρώργισεν γὰρ αὐτὸν κατ' ἐμοῦ ἡ βασίλισσα, διότι ἐνεκάλεσα αὐτῇ χάριν κτήματος, οὗ ἐπιθυμήσασα ἀφήρπασεν. Posteriorum temporum scriptores plura de discordia inter Eudoxiam

Digitized by Google

401 d. XVIII m. Octobris episcopi apud Ioannem cum Amantio [1]) Augustae cubiculario colloquuntur 34, 7

401 d. XIX m. Oct. Amantius episcopos ad Eudoxiam ducit 35, 8

401 d. XX m. Oct. episcopi Eudoxiam iterum

---

et Ioannem orta disserunt, cf. Neander 'Der heil. Johannes Chrysostomus' 1848 [3] p. 115. Frustra, ut opinor, Ieep in Fleckeiseni ann. suppl. t. XVI p. 102 adn. 3 Eudoxiam defendere conatus est neglectis Marci verbis, antiquissimi et ob eam causam gravissimi de his rebus testis. Cf. Draeseke Zeitschr. f. kirchl. Wiss. u. kirchl. Leb. 1888 p. 32 adn. 1.

1) Hunc Amantium eundem esse crediderim atque eum, qui postea plurimum gratia apud Theodosium valuit Minorem, cf. Zonar. XIV 23. A quo ecclesiam s. Thomae cum aliis aedificiis Constantinopoli conditam vel instauratam esse Seeck (apud Pauly-Wissova Realencyclop. s. v. Amantius) ex epigrammate anth. Pal. I 5 iure conclusit. Quod autem Zonaras XIV 5 et Georgius Codinus p. 105, 1 s. Bonn. illam ecclesiam ab Amantio eunucho Anastasii imperatoris temporibus praeposito sancti cubiculi conditam esse produnt, aperto errore factum est. Illa enim aedificia, quae τὰ Ἀμαντίου vocabantur (cf. Sievers l. c. p. 424) iam Leonis imperatoris aetate fuisse efficitur Theophanis verbis I p. 112, 19 s. de Boor, qui de magna urbis parte illo tempore incendio deleta memoriae tradit τούτῳ τῷ ἔτει (a. 466) ἐμπρησμὸς μέγας γέγονεν ἐν Κωνσταντινουπόλει τῇ δευτέρᾳ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς ἰνδικτίωνος ιε̅ ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ νεωρίου καὶ φθάσας ἕως τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Θωμᾶ τῶν Ἀμαντίου. Quocum ad verbum fere consentiunt Theodorus Lector I 23 et Cedrenus I p. 609, 23 s. Bonn., quo loco pro τῶν Ἀμάντων scribendum est τῶν Ἀμαντίου. Vide igitur, ne id quoque mecum faciat, quod in ecclesiae s. Thomae et τῶν Ἀμαντίου conditorem bene quadrant Marci verba p. 45, 10 ss. ἦν γὰρ (i. e. Amantius) κατὰ ἀλήθειαν ἄμεμπτος, πολλὰς ἐλεημοσύνας παρέχων καὶ διὰ παντὸς νηστεύων καὶ ξενοδοχῶν πολλοὺς καὶ συντρέχων εἰς τὰς εὐσεβείας χρείας.

Digitized by Google

adeuntes eam filium parturam esse praedicunt 37, 12 —38, 12

401 fine m. Oct. vel paucis diebus post Theodosius Minor nascitur [1])

401 septem diebus post Theodosium Minorem natum episcopi Eudoxiam adeunt Augustam 39, 11 s.

402 *d. X m. Ian. Theodosius Augustus declaratur* [2])

402 statim post Theodosii baptisma Eudoxia instante episcopi ab imperatore impetrant, ut edictum de templis Gazaeorum diruendis et de privilegiis ecclesiae Christianae dandis edatur 42, 5 s.

402 paulo post Cynegius [3]), homo probatae fidei, eligitur, qui Gazaeorum templa diruat 44, 17

---

1) Cf. supra p. 13.

2) Testimonia dabit Sievers l. c. p. 419. Septem diebus post Theodosium natum Eudoxia episcopis dicit 40, 13 μετ' ὀλίγας ἡμέρας ἀξιοῦται τὸ παιδίον τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. Itaque fieri potuit, ut Theodosius iam sub finem anni 401 baptizaretur. Sed verba μετ' ὀλίγας ἡμέρας tempus longius significare posse putaverim collatis ipsius Marci verbis 82, 6 ἐπιζήσας (i. e. Porphyrius) ἄλλα ὀλίγα ἔτη μετὰ τὸ ἁγιάσαι τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν . . ἐκοιμήθη. Nam Porphyrius tredecim demum annis post ecclesiam dedicatam mortuus est. Nescio igitur an conici possit Theodosium eodem die et baptizatum et Augustum renuntiatum esse. Cf. supra p. 16.

3) Quis fuerit hic Cynegius τοῦ κωνσιστωρίου, ἀνὴρ θαυμάσιος καὶ ζέων περὶ τὴν πίστιν (44, 18) indagari iam non posse videtur. Notus est Cynegius consul anni 388, qui, cum praefectus esset orientis, gravissime in paganos consuluit et imprimis in Aegypto gentium simulacra evertit. Cf. Zosim. IV 37. 45. At is iam ipso consulatus anno mortuus est. Cf. Idat. chron. ad annum 388. Cynegium autem a Marco commemoratum fortasse ei genere proximum fuisse conicias.

Digitized by Google

402 episcopi reliquam hiemis partem Constantinopoli versati pascha (d. VI m. Apr.) celebrata Eudoxiae et Arcadio valedicunt et paucis diebus post, die XVIII m. Apr., ut Marcus ipse adnotat [1]), urbe decedunt 44, 26—46, 25

402 d. XXIII m. Apr. episcopi Rhodum ad insulam perveniunt 47, 3

402 d. XXV m. Apr. saeva tempestas orta episcopos summum in periculum vocat 47, 16 s.

402 d. I m. Maii episcopi Gazam perveniunt 49, 4—17

402 d. III sive IV m. Maii Ioannes Caesareae episcopus Gazam relinquit 52, 2 s.

402 d. XIII m. Maii [2]) Cynegius Gazam pervenit

402 d. XIV m. Maii Cynegius coram urbis incolis imperatorias recitat litteras querentesque punit paganos 52, 13—20

402 d. XIV m. Maii Cynegius frustra Marnium diruere conatur 53, 15—23

402 inde a d. XIV usque ad diem XXIV m. Maii Gazaeorum templa praeter Marnium diruuntur 52, 22 53, 23. 54, 9

402 fine m. Maii Marnium incensum multos per dies comburitur 54, 10—59, 7

402 mense Iunio Marnio combusto libri paganorum sacri et deorum simulacra in domibus inventa igni traduntur 59, 7—14

---

1) cf. supra p. 13 s.

2) Si recte verba 52, 6 interpretor μετὰ δεκάτην ἡμέραν post Ioannem Caesaream profectum, non ex quo episcopi Gazam pervenerant.

Digitized by Google

402 non ante mensem Iunium Eudoxia descriptionem novae ecclesiae condendae Gazam mittit 62, 17 s.

402 paulo post litteras Augustae acceptas a Rufino Antiochense architecto nova ecclesia aedificari coepta est 63, 18—65, 23

403 *d. X m. Ian. Marina Arcadii filia nascitur*

403 sive 404 [1]) triginta duae columnae Carystiae ab Eudoxia promissae Gazam transferuntur 68, 7—25

404 *d. XX m. Iun. Ioannes Chrysostomus Cucusum Armeniae in oppidum relegatus Constantinopolim relinquit*

404 *d. VI m. Oct. Eudoxia Augusta moritur*

404 *ante elapsum annum Ioannes Caesareae episcopus moritur* [2])

a. fere 404, certe ante a. 407 Porphyrius cum Iulia Manichaea disputat hominesque ab illa conversos ad Christi fidem revocat 68, 26—73, 20

407 die resurrectionis domini (i. e. d. XIV m. Aprilis) nova ecclesia Gazae dedicatur et in honorem Augustae iam defunctae Εὐδοξιανή nominatur 73, 21—25

post a. 407 tumultu paganorum Gazae orto Porphyrius cum Marco diacono fugere coactus a puella quadam servatur pagana 75, 20—79, 8

407 *d. XIV m. Sept. Ioannes Chrysostomus in exilio moritur*

408 *Kal. Maiis Arcadius imperator moritur*

---

1) Nam ante Eudoxiam mortuam hoc factum esse necesse est.

2) Exstat enim Ioannis Chrysostomi ad Eulogium eius successorem epistula Cucuso data a. 404 (n. 87 PGM LII p. 654).

Digitized by Google

415 *Porphyrius synodo interfuit Diospolitanae, qua Pelagiana haeresis damnata est* [1])

415 vel paulo post [2]) Procopius anachoreta Rhodi in insula moritur 30, 24

417 *vel paulo ante Praylius episcopus fit Hierosolymorum* [3])

420 d. XXVI m. Febr. Porphyrius testamento facto 75, 14. 19 moritur 82, 8 s.

---

1) cf. Augustin. c. Iulian. I 5 PLM XLIV p. 652; 'Habemus alios orientales episcopos quattuordecim: Eulogium, Ioannem, Ammonianum, Porphyrium, Eutonium, Porphyrium, Fidum, Zoninum, Zoboennum, Nymphidium, Chromatium, Iovinum, Eleutherium, Clematium, quos uno loco simul inventos in istum consessum introducere valeamus, illos ipsos, qui Pelagio iudices praesederunt'. Cf. adn. Severini Binii apud Mansi Concil. coll. IV p. 315 s., Hefele Conciliengesch. II p. 95.

2) Marcus enim, quo tempore Porphyrii vitam describit, Procopium quinque annis ante mortuum esse dicit 30, 24. Vitam autem anno 420, certe non post annum 421 descriptam esse consentaneum est.

3) Cf. supra p. 21.



Digitized by Google

Marci diaconi vita Porphyrii ut rerum cum fide traditarum copia et gravitate, ita sermonis quoque virtute plurimis eiusdem generis libris praestat. Quamquam enim a rhetorum artificiis omnibusque orationis lenociniis longe remotus scriptor dicendi genere utitur simplici tenuique et ad cottidianam consuetudinem accedente, ut optimo iure de se ipse praedicet p. 3, 15 ss. συγγράψω δὲ τὴν ἐκείνου εὐφημίαν οὐ κομπῷ λόγῳ· οὔτε γὰρ ἡ καλλιλεξία τὸν βίον τῶν τοιούτων κοσμεῖν εἴωθεν, ἀλλ' ἡ ἀρετὴ τῶν ἔργων καὶ αὐτὴν τὴν φράσιν μεγαλύνει (cf. 41, 10 s.), tamen minime inconditam vel impuram esse eius orationem, sed quasi insita quadam narrandi facultate imbutam nemo opinor infitias ibit.

Neque obliviscendum est eum utpote calligraphi artem professum litterarum non plane expertem fuisse. Accedit, quod priusquam episcopi sui vitam scribere coepit, iam illius cum Iulia Manichaea disputationem litteris mandaverat (cf. p. 72, 4 s.). Quam ob rem ne exercitatio quidem dicendi omnis ei deesse potuit.

Verum tamen haud pauca in vita Porphyrii exstant verba verborumque formae, significationes, constructiones, quae legentem magno opere offendant. Atque identidem oritur quaestio, utrum illa, quae offensionem praebent, scriptoris ipsius ingenio an librariorum neglegentiae tribuenda sint. Qua de re ut certius iudicari possit, non solum Marci sermonis usus diligen-

Digitized by Google

tissime observandus, sed cetera quoque illius aevi litterarum monumenta, quoad eius fieri potest, in comparationem vocanda sunt.

Ordiar a verbi formis. Haud raro in codicibus vitae Porphyrii omissum est augmentum temporale, quod dicitur, verborum ab οι αι ευ ε incipientium, cuius rei exempla in indiculo grammatico editioni Lipsiensi addito congessimus. Atque in formis εὗρεν, ἀνευφήμουν sim. non offendendum esse fusius demonstrare non opus est, cf. Kuehner-Blass I 2 p. 20. Recte autem a nobis ne formas quidem οἴκησεν, οἰκονομήθην, οἴμωξεν mutatas esse praeter Phrynichi praeceptum (cf. p. 153 Lobeck, p. 244 Rutherford) probant tituli Graeci in Syria reperti saeculorum III—V. Cf. Le Bas et Waddington: Voyage archéol. en Grèce et en Asie Mineure III 1 1870. In quibus verbo οἰκοδομεῖν cum vicies addatur augmentum [1]), quadragies septies omittitur [2]). Praeterea semel legitur ἠκοδόμεσεν n. 2436, ἐκοδομήθη n. 2053 a. 350, ἐκωδόμησεν 2236 a. 492, ἐκοδώμησεν 2539.

Aliter res se habet in verbis ab ε incipientibus. Quibus cum septuagies semel apud Marcum augmentum additum sit, ter solum a codicibus omittitur: p. 10, 9 εἰσενέγκαμεν, 7, 18 ἀπελπισμένα, 78, 15 ἐπερωτήσαμεν. Itaque iure, opinor, has tres formas ad normam veterem correximus. Accedit quod, cum saepissime in

1) n. 2086. 2172. 2211. 2216. 2222. 2225. 2320. 2373. 2412 c. 2412 n. 2428. 2544. 2546 a. 2551 b. 2612. 2613. 2614. 2619. 2625. 2631.

2) 2061. 2079. 2084. 2141. 2163 al. Annus additus est septem titulis his: 1984 c a. 289. 1984 d a. 309. 2001 a. 369. 2024 a. 315. 2251 a. 582. 2256 a. 456. 2293 a. 321.

Digitized by Google

titulis Syriacis inveniatur ἀνήγειρεν, quater solum augmentum deest 2002 a. 377; 2111 a. 578; 2127; 2438 a. 169. Semel legitur ἀνέλθεν pro ἀνῆλθεν n. 2639 a. 540. Contra formam αἰτήσασθε 38, 7 mutare non ausi sumus, quamquam 36, 20 legitur augmento addito ᾔτει et 73, 14 ᾔτουν et 19, 6 ᾐσθόμεθα, quia apud Marcum haec quattuor tantum exstant exempla neque in titulis Syriacis eiusmodi formae omnino inveniuntur.

Inter omnes constat inde ab aevo Alexandrino aoristum primum ita cum aoristo secundo confusum esse, ut secundi stirpi terminationes primi adderentur, velut εἶπαν, ἐξήλθαμεν, εὕραμεν, cf. prae ceteris Hatzidakis 'Einleitung in d. neugriech. Grammatik' p. 176. Quem usum apud Marcum quoque late patere ex indiculo grammatico facile cognosci potest. Contra unum exstat secundi aoristi exemplum derivatum a verbo, cuius solus aoristus primus inde ab antiquissimis temporibus in usu erat. Legitur enim 7, 2 διένειμον pro διένειμα. Eiusmodi aoristorum exempla tredecim ex titulis congessit Wagner: Quaestiones de epigrammatis ex lapidibus collectis 1883 p. 121 ss., velut ἔζησον, ἥρπαξες, ἐπαύσετο idemque causam huius confusionis probabiliter explicavit. Cf. etiam Hatzidakis l. c. p. 192 s. Iis, quae illi attulerunt, haec possum addere exempla epigraphica, quorum nonnulla mihi suppeditavit Brinkmann: Journ. of hell. stud. VIII in titulis in Asia Minore inventis p. 229 n. 10 l. 10 ἠργάσετο, p. 266 n. 57 l. 4 ἐστρατεύσετο. CIG III add. p. 1139 n. 4303[e] l. 2 = Petersen 'Reisen durch Lykien und Karien' p. 34 n. 54 κατεσκευάσετο. Papers of the Americ. arch. school II n. 61 (Sterrett) ἱεράσετο (a. 261/2 p. Ch. n.). In

Digitized by Google

titulo Phrygio Americ. Journ. of Archeol. IV p. 265 n. 6 ἠργάσετο. Praeterea cf. vita s. Eupraxiae § 37 AA. SS. Mart. II p. 927 ἀπὸ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης οὐκέτι ἄλλο σῶμα ἔθαψον ἐν ἐκείνῳ τῷ τάφῳ, quamquam haec vita non ea cum cura edita est, ut in talibus ea tuto utaris. Maxime autem cf. Agathangelus (ed. Lagarde Abhandl. der Götting. Ges. d. Wiss. XXXV 1888) p. 68, 18 τοὺς δὲ ἀποκειμένους θησαυροὺς συλλέξαντες τοῖς πτωχοῖς διένειμον, et Ephraemius: De Andronico Comneno v. 5074 οἳ δὲ . . . ἀμνηστίαν˙ ἔνειμον ἠνομημένων. Quae cum ita sint, non vereor, ne quis formam istam διένειμον iure a nobis conservatam esse neget.

Quoniam igitur Marcum in verborum declinatione — si vetustam normam spectamus — titubasse constat, formam ἔσηται 74, 17 ut in similitudinem coniunctivi aoristi primi a futuro ἔσομαι derivatam mutare valde dubito, praesertim cum coniunctivus futuri a grammaticis damnatus interdum apud posterioris aetatis scriptores exstare videatur. Cf. Procopius I 479, 17 ed. Bonn. ἣν ὑπ' αὐτοῖς ἔσησθε. I 479, 20 ὅτῳ ἂν ἀφίξηται. I 366, 13 ὅπως οἱ τὰ ἐς Βανδαλικὸν συλλήψηται πόλεμον. II 72, 20 ἀκούσησθε. Agathias p. 41, 3 ed. Bonn. ὅπως μὴ καὶ αὐτοὶ ἅπαντες πείσησθε cf. p. 163, 11.

Qui recens ab optimae graecitatis libris vitam Porphyrii sibi legendum sumit, nescio an omnium maxime in eo offensurus idque potissimum miraturus sit, quod permulta inveniuntur vocabula ita usurpata, ut a vetusta consuetudine longe recedant, velut p. 3, 10 legitur τῆς μακαρίας καὶ φοβερᾶς ἐκείνης ψυχῆς. Vox φοβερά hoc loco et Alfredum Eberhard (Burs. Jahresber. III p. 545) et Ioannem Draeseke (Wochenschrift für

Digitized by Google

class. Philologie 1896 p. 374) ita offendit, ut alter scribi iusserit σοβαρᾶς, alter adeo ἀφοβήτου. Sed etsi Eberhard sensum saltem recte assecutus est, minime tamen opus est mutatione. Vis enim vocis φοβερᾶς illis temporibus sensim ita deminuta erat, ut paene idem valeret ac θαυμαστός. Quod ut iam recte monuit Sophocles (Greek lexicon of the Roman and Byzantine periods), ita plurimis demonstari potest exemplis. Velut chron. pasch. p. 622, 1 καὶ ἡ μεγάλη ἐκκλησία πᾶσα σὺν τοῖς φοβεροῖς καὶ θαυμαστοῖς κίοσι.. κατηνέχθη. Niceph. v. Andreae Sali AA. SS. Mai VI p. 19*[f] φοβερᾷ τε χαρᾷ συνεχόμενος ὑπῆρχον ἐκ τῆς ἡδυτάτης εὐωδίας ἐκείνης, p. 21*[e] φοβερὸν καταπέτασμα ὡς ἤλεκτρος ὑπέρλαμπρον καὶ σφόδρα καθαρώτατον, p. 21*[f] εἰστήκεισαν οὖν τάξει τινὶ καὶ κοσμότητι ἐπὶ φοβεροῦ ὕψους.. σκῆπτρα φοβερὰ ἐν ταῖς χερσὶ κατέχοντες, p. 44*[c] de flore quodam pulcherrimo dicitur μεταξὺ τοῦ φοβεροῦ ἐκείνου φυτοῦ, p. 100*[c] τὰ εἴκοσι τέσσαρα στοιχεῖα τῶν γραμμάτων ἀπὸ φοβερᾶς θεωρίας πνεύματος ἁγίου ἐγίνωσκεν. Leontii v. Symeonis PGM LXXXXIII p. 1704[c] μνημόνευσον τῆς φοβερᾶς ὥρας, ὅτε τὸ ἅγιον σχῆμα ἐνεδύθημεν. Vita Basilii Iun. c. 57 AA. SS. Mart. III p. 31*[e] θεωρεῖ παλάτια φοβερά, ὧν αἱ πύλαι ὁλόχρυσαι ὡς ὁ ἥλιος. Aphroditianus (apud A. Wirth ‘Aus oriental. Chroniken’ 1894) p. 167, 13 ἐπέστη ἡμῖν τις φοβερὸς ἄγγελος καὶ ἔλεγεν ἡμῖν· Τὸ τάχος ἐξέλθετε, μή τινα ἐπιβουλὴν ὑποστῆτε. Agathang. p. 56, 96 s. Lag. διηγήσομαι ὑμῖν τὴν κηδεμονίαν τῆς τοῦ δημιουργοῦ ἀγάπης τὴν πρὸς ὑμᾶς οὖσαν, ἥτις ἀπεκαλύφθη μοι φοβερᾷ καὶ θεϊκῇ θεωρίᾳ.

Secundum haec intellegenda etiam est vox φοβερόβαφος, quam frustra in lexicis nostris quaeras, sed ex-

Digitized by Google

stat Nicephor. v. Andreae Sali l. l. p. 18*[b] ζώνην δὲ ἥμην διεζωσμένος ὡς κόκκινον φοβερόβαφον τὸ χρῶμα ἔχουσαν.

Vocem φανερός in eam significationem abire posse, ut latino vocabulo 'certus' vel 'quidam' respondeat, iam Dindorf in indice Malalae editioni addito docuit eiusque usus exempla quattuordecim ex Malala attulit. Eandem vim habet v. Porphyrii p. 12, 3 καὶ βουλευσάμενοι ἐπὶ φανερὰς ἡμέρας (i. e. 'in' sive 'per quosdam dies'), quod Hauptium fugit, cum ederet ἐπὶ φανερᾶς ἡμέρας. Qui usus cum haud ita notus esse videatur eiusque in Sophoclis lexico perpauca indicentur exempla, quos collegi locos hic in medium liceat proferre. Theodoret. in Daniel. PGM LXXXI p. 1425[a] τῶν γὰρ ἄλλων θηρίων ἤδη ἐπέπαυτο ἡ ἀρχή, εἰ καὶ πολλῶν ἐτῶν περίοδον ἐν τῷ κρατεῖν καταναλωσάντων. φανερὸς γὰρ ἑκάστῳ εἰς τὸ βασιλεύειν ὡρίσθη καιρός, p. 1572[c] ἐπειδὴ τῶν ὑπὲρ ἁμαρτημάτων καὶ πλημμελημάτων προσφερομένων θυσιῶν φανεράν τινα μοῖραν κατὰ νόμον ἐλάμβανον. Pallad. hist. Laus. PGM XXXIV p. 1225[b] καὶ εἰς πλοῖον ἐμβαλομένη (i. e. Melane) μετὰ φανερῶν παιδίων καὶ ῥητῶν παιδίσκων. Act. Philemonis al. c. 9 AA. SS. Mart. I p. 889 ὁ δὲ Ἀρειανὸς ἔδωκεν αὐτοῖς φανερὰ χρήματα. Chron. pasch. p. 626, 12 ὑποκλέψαντες καὶ φανεροὺς τῶν ἐξκουβιτώρων καὶ σχολαρίων, p. 628, 7 φανεροὶ δὲ καὶ ἐδημεύθησαν καὶ ἐξωρίσθησαν.

Postremis locis commemoratis pluralis vocis φανερός plane latinis vocabulis 'quidam, nonnulli, complures' respondet. Hoc sensu legitur etiam in Callinici vita Hypatii p. 71, 7 Bonn. ἐξορισθεὶς γὰρ (Ioannes Chrysostomus) ἔν τινι τόπῳ ἀπὸ φανερῶν μονῶν εὐξά-

Digitized by Google

μενος ἐτελειώθη i. e. expulsus in locum multorum dierum itinere (a Constantinopoli) remotum ibi mortuus est. Nam vocem μονή ut 'mansio' ad unius diei iter significandum usurpari notum est, cf. Callin. p. 125, 18 ὅτι ἀπὸ μονῶν τριῶν οἶκός τίς ἐστιν, p. 58, 28 καὶ ἐλθὼν μονὰς δύο ἢ τρεῖς. Errant igitur editores cum in indice verborum i. v. φανερός verba illa interpretantur 'longe a notis habitaculis'.

P. 3, 16 legitur συγγράψω δὲ τὴν ἐκείνου εὐφημίαν οὐ κομπῷ λόγῳ. In quo offendens Eberhard l. c. p. 545 scribi voluit κομψῷ λόγῳ. Sed ut mittam eodem modo Marcum ipsum dicere p. 61, 13 οὐχ ὁμιλῶν κομπῷ λόγῳ, id quod Eberhard neglexit, iam in Eurip. Phoen. 600 legitur κομπὸς εἶ σπονδαῖς πεποιθώς, αἵ σε σῴζουσιν θανεῖν. Cf. Etym. Magn. p. 527, 47 G. κομπὸς δὲ λόγος, τὸ ἐπίθετον. Herodiani technici reliquiae ed. Lentz I p. 187, 23 κόμπος τὸ προσηγορικόν, κομπὸς τὸ ἐπίθετον [1]) (v. Steph. thes. s. v.). Denique in v. Pelagiae ed. Usener p. 7, 12 legitur ὡμίλησεν δὲ οὐδὲν κομπὸν καὶ φιλόλογον [2]).

P. 18, 21 quod codices praebent, ἵνα μὴ πληρώσωμεν τὴν λιτάνιον Hauptius in τὴν λιτανείαν mutavit. Quem in editione Lipsiensi sequi dubitavimus satisque habuimus τὴν λιτάνειον scribere, rati λιτάνειος ad-

1) Cf. Lobeck Paralipomena gramm. graec. p. 345 s.

2) De voce κακοπόδινος 17, 8 eiusque origine atque significatione v. quae exposuit R. Herzog: Philologi t. LVI p. 46. Intellegenda enim est haec vox ex superstitione illa apud orientis maxime incolas pervolgata, qua gradum sive accessum hominum quorundam aut faustum aut infaustum esse putabant. Cf. etiam F. Liebrecht Zur Volkskunde p. 359.

Digitized by Google

iectivi minus mobilis[1]) instar atque ἡ λιτάνειος eodem modo dictum esse, quo ἡ εὐθεῖα, ἡ πλατεῖα, ἡ σύντομος. Recte vero nos iudicasse egregie comprobatur titulis quibusdam in Syria repertis, in quibus bis legitur ἡ πλάτιος pro ἡ πλατεῖα, et semel ἡ ἐπάρχιος pro ἡ ἐπαρχία. Cf. Le Bas et Waddington l. c. n. 2035 a. 343 ἐκοσμήθη ἡ πλάτιος ἱερατικὴ τῇ ἱ(ε)ρᾷ ἡμέρᾳ ἔτ(ε)ι σλη. n. 2034 (eiusdem fere aetatis) καὶ ἡ πλάτιος ἱερατικὴ οἰκοδομήθη καὶ ἐκτίσθη ἐπ' ἀγαθῷ πόλις (i. e. πόλεως). n. 2238 a. 322/3 ἔτους σιζ τῆς ἐπαρχίου.

Lexicographi nostri docent vocem περιβόλαιον significare 'amictum', 'saepem' sive 'saeptum' graece dici περίβολον sive περιβόλιον. Itaque Dindorf in Stephani thesauro Du Cangium secutus in Achmeti Onirocr. c. 151 (ed. Nic. Rigaltius p. 122) ἐὰν ἴδῃ τις, ὅτι εἰσῆλθεν ἐν περιβολαίῳ κήπου scribendum censuit περιβολίῳ. At ne hoc quidem loco ulla opus est mutatione, nam lexicographorum regula refellitur titulo a Le Bas et Waddington edito l. c. n. 2394 a. 320 Διὸς ἀνικήτου Ἡλίου θεοῦ Αὔμου ἐκτίσθη τὸ περιβόλεον (i. e. περιβόλαιον) τῆς αὐλῆς διὰ Κασσίου Μαλιχάθου (cf. l. c. n. 2080). Duos alios locos mihi suppeditavit Brinkmann. In apocalypsi Danielis (E. Klostermann: Analecta zur Septuaginta, Hexapla und Patristik 1895) p. 115, 9 κάτελθε ἐπὶ τὰ περιβόλαια καὶ τὰς νήσους καὶ σφράγισον μοι αρμδ χιλιάδας. Philo Byblius apud Euseb. praep. ev. I 10, 13 p. 35[d] ἐπενόησαν δὲ οὗτοι αὐλὰς προστιθέναι τοῖς οἴκοις καὶ περιβόλαια καὶ σπήλαια.

---

1) cf. L. Radermacher Rh. Mus. t. LI p. 314 s.

Digitized by Google

P. 61, 16 legitur προσετέθησαν οὖν τῇ τοῦ Χριστοῦ ποίμνῃ . . . ὀνόματα τριακόσια. Quod ut recte intellegatur, meminisse oportet ab omnibus fere gentibus maximeque iis, qui in inferiore et simpliciore cultu versantur, summam vim tribui nominibus atque per totum fere orbem terrarum vulgatam esse opinionem, qua hominis naturam quasi tribus partibus constare, corpore et anima et nomine, nomen igitur interdum vicem praestare posse ipsius hominis putabant. Cf. H. Spencer: Die Principien der Sociologie deutsch v. Vetter I 1877 p. 297: „Für sie gewinnt der Name eine gewisse Persönlichkeit, er ist der Schatten oder der Geist oder ein anderes Ich der mit Fleisch und Blut begabten Person.“ Cuius opinionis vestigia apud Graecos quoque veteres facile deprehenduntur. Etenim nomina diligentissime observantes bonum in eligendis iis quaerebant augurium [1]) neque fas ducebant nomen semel inditum mutare [2]). Plurimum vero nomina valebant in omni superstitione. Neque enim solum nomina inimicorum, quos devovebant, defixionum tabellis inscribebant, sed nonnumquam etiam expressis verbis defigebant ὄνομα adversarii [3]) rati evenire homini quodcumque eveniret nomini eius. Eandem ob cau-

---

1) Fick-Bechtel: Die griech. Personennamen p. 12. E. Curtius: Ges. Abhandlungen I p. 516 s.

2) L. Schmidt: Ethik der alten Griechen II p. 146.

3) Wuensch: Defixionum tabulae Atticae (CIA Appendix) 1897 praef. p. IV s. Jos. Klein: Festschrift zum 50jährigen Jubil. der Alterthumsfreunde im Rheinlande (Bonner Jahrb. 1891) p. 132. 145. W. Kroll: Rh. Mus. t. LII p. 8 s.

Digitized by Google

sam in re magica in usu erat vera deorum nomina investigare. Sic in papyris magicis invocari solet ὄνομα ἀληθινόν vel κύριον vel αὐθεντικόν[1]). Verum enim dei nomen qui prolocutus esset, eum exaudiri ab illo necesse esse, deum nomine suo cogi hominemque nomen verum adeptum ipsius numinis habere potestatem putabant[2]). Non igitur mirabimur, ut Brinkmann me monuit, talia legentes, velut Apoll. Tyan. epist. LXVI Hercher ἦλθεν ἐκ τῆς Ἑλλάδος, Ἕλλην τὴν φύσιν, οὐκ Ἀθηναῖος οὐδὲ Μεγαρεύς, γελοῖον ὄνομα. Journ. of hell. stud. IV p. 419 n. 33 κὲ ἐγὼ ἶμε ὁ λαλῶν πάντα Ἀθάνατος Ἐπιτύγχανος μυηθὶς ὑπὸ καλῆς ἀρχιερίας δημοτικῆς καλὸν ὄνομα. Hymn. Naassenorum apud Hippolyt. philosoph. V 6 p. 132 Schn. D. ἀπὸ σοῦ πατὴρ καὶ διὰ σοῦ μήτηρ, τὰ δύο ἀθάνατα ὀνόματα.

Atque facile iam intellegitur non solum dici potuisse πολλὰ σώματα διεφθάρη (Dion. Hal. Ant. IV 69, cf. Lobeck ad Phryn. p. 378 s.), sed etiam ut Marcus l. c. προσετέθησαν τῇ τοῦ Χριστοῦ ποίμνῃ ὀνόματα τριακόσια. Similia leguntur apud Marcum p. 74, 2. 76, 12. Praeterea cf. Act. Christoph. ed. Us. p. 73, 4 ἐκέλευσεν κυλισθῆναι λίθον παμμεγέθη, ὃν ἤνεγκαν ὀνόματα τριάκοντα. Agathang. p. 43, 7 Lag. ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες πλείους ἑβδομήκοντα ὀνομάτων, p. 43, 9 ἀνεῖλον ὀνόματα τριάκοντα δύο. Titulus apud Le Bas et Waddington l. c. n. 2399 ἐκ φιλοτιμίας τῶν ὑποτεταγμένων

---

1) Wessely: 'Neue griech. Zauberpapyri'. Denkschriften der Wiener Acad. philol.-hist. Cl. XXXXII 1893 ind. verb. s. vv.

2) Origenes c. Celsum I 24. V 45

Digitized by Google

ὀνομάτων. V. Malal. p. 60, 20. 473, 9. Apophth. patr. PGM LXV p. 265a.

τί ποτε id quod latino sermone 'quidquam' significare Hercher (Philol. VI 1851 p. 575) de loco Apollod. bibl. II 6, 4 disputans coll. Epict. diss. III 13, 18 et Dosith. Mag. § 12 p. 16 Boecking adnotavit[1]); apud Marcum bis invenitur: 54, 3 λαμβάνοντα τί ποτε, 55, 22 εἰ προέγνων τί ποτε. Cf. etiam Callin. v. Hyp. p. 109, 22 ὅτι τί ποτε κέκτημαι. Pallad. p. 1028a οὔτε ἐκτὸς χρείας ἐλάλησεν τί ποτε, p. 1082d ἐὰν μὲν πλέον τί ποτε ἔχῃς μοι δεῖξαι. Cyrill. v. Theodos. p. 109, 5 Us. γνοὺς αὐτὸν μὴ ἀνέχεσθαί τί ποτε λαμβάνειν. Cf. Malal. p. 72, 21. 265, 11, Moschus PGM LXXXVII 3 p. 2908a. 2988c. 3060d. 3061a.

P. 16, 23 pro παρελήφθη ἡ πόλις ὑπὸ Ἀλεξάνδρου Eberhard scribi voluit κατελήφθη. Nam παραληφθῆναι urbem pace traditam esse significare, 'vi occupare' graece esse καταληφθῆναι. Verum hanc distinctionem non in posteriorem graecitatem cadere vel ex iis, quae lexicographi nostri attulerunt cognoscitur. Atque quanto opere hic usus verbi παραλαμβάνειν ita usurpati, ut significet 'vi expugnare' paulatim increbuerit innumeri docent loci Malalae. Cf. p. 24, 22 καὶ μετὰ Ὧρον ἐβασίλευσε Θοῦλις, ὃς παρέλαβε μετὰ δυνάμεως πολλῆς πᾶσαν τὴν γῆν ἕως τοῦ Ὠκεανοῦ, 30, 20 ναυμαχίᾳ πολεμήσας παρέλαβε τὴν αὐτὴν Τύρον πόλιν ἑσπέρας cf. 58, 1. 69, 9. 77, 8. 99, 14. 19. 21. 100, 5. 12. 101, 1. 10. 102, 7. 9. 108, 12 al.

---

1) cf. praeterea Dosith. Mag. ed. Boecking § 14 p. 18 adn. 7. p. 28 (fab. IV initio).

Digitized by Google

σκύλλεσθαι quod apud vetustiores 'vexari' significat, p. 35, 24 ex usu illis temporibus pervolgato pro 'iter facere' usurpatur (cf. nostrum 'sich wohin bemühen'). Praeter exempla iam in Stephani thesauro commemorata cf. Pallad. p. 1113[c] καὶ αὐτὸς ἐσκύλην ἕως Θηβαΐδος. Apophth. patr. p. 320[d] σκύλθητι ἕως τῶν ὧδε, p. 217[c] σκύλθητι οὖν πρὸς αὐτήν. Act. Philippi apost. Anall. Boll. IX p. 240, 13 καὶ λέγει αὐτοῖς· Ἵνα τί σκύλλεσθε; οἱ δὲ εἶπον· Ἕως οὗ ἴδωμεν τὸ πλοῖον, ἐν ᾧ ἐπιβῆναι μέλλεις, ἀκολουθήσομέν σοι. Itaque σκυλμός idem fere est, quod 'iter' p. 31, 24. 33, 12. Cf. etiam Acta Theogn. episc. Beteliae Anall. Boll. X p. 91, 6 οὗ ἕνεκεν ὁ γέρων τὸν σκυλμὸν ὑπέμεινεν.

τυγχάνειν cum apud veteres semper cum verbi participio coniungatur, qui usus semel apud Marcum exstat p. 67, 8, inde fere ab imperatorum Romanorum aetate ad exemplum verbi συμβαίνειν et similium plerumque impersonaliter usurpatum cum infinitivo struitur[1]). Qui usus bis apud Marcum invenitur: p. 30, 13 ἅπερ ἔτυχεν περισσεῦσαι et p. 51, 7 ἔτυχεν δὲ δύο ἄνδρας παρίστασθαι. Atque sensim res eo pervenit, ut τυγχάνειν a verbis εἶναι et ὑπάρχειν omnino non differret, velut 4, 4 s. Γάζα πόλις ἐστὶν τῆς Παλαιστίνης ἐν μεθορίῳ τῆς Αἰγύπτου ὑπάρχουσα, οὐκ ἄσημος δὲ αὕτη τυγχάνουσα, ἀλλὰ καὶ πολύανδρος καὶ τῶν ἐμφανῶν πόλεων οὖσα et Cedren. II 29, 24 Bonn. ἐκεῖσε γὰρ ἔτυχεν τυγχάνουσα ἡ βασιλίς. Quam ob rem

1) cf. Guil. Schmidt: De Flavii Iosephi elocutione observationes criticae. Lps. 1893 p. 423.

Digitized by Google

fieri potuit, ut verbis εἶναι et τυγχάνειν inter se mutatis pro τυγχάνω ὤν diceretur εἰμὶ τυγχάνων. Sic p. 6, 14 τὸ εἶναι τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ παῖδας τυγχάνοντας et simillime Encomium Agathonici Anall. Boll. V p. 404, 9 ἐγὼ μὲν οὐκ ἀσήμου γένους ὑπάρχω τυγχάνων [1]).

In omnibus fere linguis omnibusque fere temporibus multa verba, quae ab initio transitiva sunt, quasi obrigescente notione vim neutralem accipere posse idque in artis potissimum vocabulis usu venisse facile demonstrari potest. Cf. A. Elter 'Die Gladiatorentesseren' Rhein. Mus. XXXXI 1886 p. 538 ss. Idem saepenumero in graecitate labente accidisse docuit Hatzidakis l. c. p. 200 s. Sic φθάνειν et καταλαμβάνειν a Marco non solum transitive (4, 15. 9, 9. 21, 18 al.), sed etiam intransitive pro eo, quod est 'advenire' adhibentur. Cf. Krumbacher 'Studien zu den Legenden des h. Theodosius' Sitzungsber. der Münch. Acad. philol. hist. Cl. 1892 p. 366 s. [2]).

---

1) His liceat addere verbum ἀποφορτοῦν p. 6, 11 ἡ γὰρ τοῦ θεοῦ ἐλπὶς ταύτην ἐξ αὐτοῦ ἀπεφόρτου. Praeter locos in indice verborum adlatos (CGL Goetz II p. 242, 30 et Cyrill. v. s. Ioannis Silent. AA. SS. Mai III p. 18* f) et Palladii locum p. 1220[a] in Sophoclis lexico commemoratum invenitur etiam in vita Georg. Choz. Anall. Boll. VII p. 125, 11 πρὸς τὸ ἀπαντῆσαι αὐτοῖς τοὺς πατέρας καὶ ἀποφορτῶσαι.

2) Idem de verbo ἀνάπτειν neutraliter usurpato egit l. c. p. 297 s. Eodem modo verbum ὑφάπτειν sensu neutrali exstat apud Malal. p. 467, 17 καὶ τοῦ κηροῦ στάξαντος ἐπάνω τῶν ξύλων ὑφῆψαν τὰ ξύλα. Itaque reicienda est Dindorfii coniectura, qui in adnot. p. 654 proposuit ὑψήψαντο sine ὑφήψατο. Verbum autem simplex ἅπτειν apud Moschum PGM LXXXVII 3 p. 2964[ab] bis habet

Digitized by Google

Usus intransitivus verbi διαλαμβάνειν p. 58, 4 διέλαβεν πᾶς ὁ ναὸς καὶ ἐκαύθη quodam modo illustratur verbis Agathangeli p. 35, 20 Lag. περισσοτέρως ἀνήφθη καὶ διέλαβεν καὶ διεδόθη ἡ θρησκεία αὐτῶν.

ἐκπορίζειν p. 25, 8 (ἐξεπόρισα ἐκ τοῦ Βυζαντίου) id est, quod 'navem solvere', 'vela (in altum) dare'. Cf. Theophanes I p. 354, 8 de Boor ἐκπορίζων δὲ ὁ αὐτὸς θεοβύθιστος στόλος κατελήφθη ὑπὸ χειμερίου ζάλης (quae paene ad verbum repetit Cedren. I p. 765, 7 Bonn.). P. 399, 7 ἐν γὰρ τῷ ἐκπορίζειν τὸν στόλον αὐτῶν λαῖλαψ . . ἐνσκήψας εἰς αὐτοὺς τούτους διεσκόρπισεν. Recte igitur de Boor restituit p. 368, 24 πρὸς τὸ ἐκπορίσαι τῆς πόλεως [1]).

Non igitur audiendus est Eberhard, qui καταπαῦσαι p. 16, 24 (κατά τινα σύμβολον ἐκεῖ καταπαῦσαι τὸν πόλεμον) in καταπαύσασθαι mutavit. Nam ut mittam poetas, creberrimus hic usus est apud LXX interpretes [2]), velut Genes. 8, 22 σπέρμα καὶ θερισμὸς οὐ καταπαύσουσι, 49, 33

---

vim transitivam, quater intransitivam. Atque ut dicitur ὁ ἐπίσκοπος ἀπέλυεν τὴν σύναξιν, ita etiam legitur Apophth. patr. p. 241 a ἀπέλυεν ἡ σύναξις 'ecclesia missa est'.

1) Itaque non dubito, quin verba 50, 23 ἐκπλευσάντων δὲ ἡμῶν εἰς τὴν πόλιν recte tradita sint, praesertim cum etiam in codice H exstent, quamquam facile mutata una littera (π in ο) conicias εἰσοδευσάντων. Sane ἐκπλεῖν, ut saepissime, ita apud Marcum 45, 2 al. 'navem solvere' significat, sed hoc loco linguae nauticae, ut ita dicam, vocabulum ut ἐκπορίζειν esse et 'navibus egredi' significare videtur, ut germanice dicitur 'sich ausschiffen.' Simili enim sensu verbum καταπλεῖν a Marco usurpatur 68, 16 καταπλευσάντων δὲ αὐτῶν (i. e. τῶν στύλων), quod significat 'postquam columnae e navibus in terram tractae sunt'.

2) Praeiverat iam sermo Atticus in imperativo παῦε.

Digitized by Google

κατέπαυσεν Ἰακὼβ ἐπιτάσσων. Cf. H. Anz 'Subsidia ad cognoscendum Graecorum sermonem volgarem e pentateuchi versione Alexandrina repetita 1894 (= Dissert. Hallenses XII) p. 38. Praeterea cf. Niceph. v. Andreae Sali AA. SS. Mai VI p. 44*c ὅτε δὲ ὁ ἑωθινὸς ὕμνος κατέπαυσεν. Vita Marc. Athen. AA. SS. Mart. III p. 34*f σήμερον καταλιμπάνει ἡ ψυχή μου τὸ παθητὸν τοῦτο σῶμα καὶ ἀπέρχεται τοῦ καταπαῦσαι ἐν μοναῖς ζωῆς. Vita Ioannis AA. SS. Mart. III p. 36*b ζητῶ τόπον, ἵνα καταπαύσω.

Neque magis offendendum censeo in iis, quae p. 38, 11 s. leguntur, οὗτος γάρ ἐστιν ὁ μὴν ἔνατος καὶ ἐγγύς ἐστιν τοῦ πληρῶσαι, quo loco πληρῶσαι idem est quod πληρωθῆναι. Similiter enim Malal. p. 361, 3 s. ἦν γὰρ ἀναθρεψάμενος (i. e. Antiochus) τὸν αὐτὸν Θεοδόσιον ἐν τῇ ζωῇ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς ὡς κουβικουλάριος καὶ διοικῶν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς Ἀρκαδίου τὴν πολιτείαν Ῥωμαίων. καὶ ἔμεινε μετὰ τὸ πληρῶσαι αὐτὸν (i. e. postquam Theodosius adultus est) ὡς πατρίκιος καταυθεντῶν τοῦ αὐτοῦ Θεοδοσίου.

Accusativi usum inter omnes constat in sermone graeco in dies increbuisse eumque sensim ceterorum casuum obliquorum, maxime dativi locum ita occupasse, ut in lingua neograeca dativus plane oblitteratus et abolitus sit[1]).

Non mirum igitur, quod apud Marcum quoque verba aliquot, quae ab initio cum genetivo aut dativo coniungebantur, accusativum admittunt. Velut p. 8, 20 codices B et H recte praebent πολλῷ δὲ πλέον τοῖς

---

1) Cf. Hatzidakis l. c. p. 220 s.

Digitized by Google

γνησίως καὶ εἰλικρινῶς δεομένοις αὐτόν (quae verba om. V), atque falso nos αὐτόν mutavimus in αὐτοῦ. Verbum enim δεῖσθαι omnino non raro cum accusativo coniungitur [1]). Cf. G. Kaibel IGSI n. 1660 δέομαι τοὺς καταχθονίους θεούς. Vita Eudociae c. 21 AA. SS. Mart. I p. 873 ἡ δὲ ἐδέετο . . αὐτὸν λέγουσα. Vita Marci Athen. AA. SS. Mart. III p. 35*[d] ἱκετεύων καὶ δεόμενος τὸν θεόν.

Atque recte opinor Usener (v. Pelagiae adn. ad 23, 20 p. 56) p. 5, 18 pro συναντήσας αὐτῷ, quoniam accusativus participii insequentis δυνάμενον ad pronomen illud αὐτῷ spectat, scripsit συναντήσας αὐτόν. Accusativus verbo συναντᾶν additus praeter testimonia ab Usenero adlata his quoque defenditur locis ex Nicephori v. s. Andreae Sali (AA. SS. Mai VI) petitis: p. 38*[a] καὶ συναντῶσι τὸν δίκαιον μετὰ τοῦ παιδὸς ὁδεύοντα, p. 40*[a] καὶ συνήντησεν τὸν μακάριον παίζοντα, p. 40*[c] συνήντησεν ἐξόδιον μήκοθεν πορευόμενον, p. 64*[a] συναντᾷ τὸν μακάριον Ἀνδρέαν ἔμπροσθεν τῶν Χαλκοπρατείων παίζοντα καὶ σάσοντα [2]).

Neque grammaticen si spectas, ullam praebent offensionem haec p. 39, 15 ἐγγίσατε, πατέρες, ἐμέ. Nam ἐγγίζειν τινά vel τι illo aevo in usu fuisse locis demonstratur his: Mirac. a Michaele Chonis patrat. Anall. Boll. VIII p. 297, 13 οὗτος (i. e. fluvius) περιεπάτει ἐγγίζων τὸ θυσιαστήριον τοῦ θεοῦ ἐξ ἀρχῆς κόσμου, p. 298, 6 ἐγγίζοντες τὸν ἅγιον τόπον ἐκεῖνον ὡς ἀπὸ

1) Kuehner II p. 305 adn. 2. De usu verbi δεῖσθαι apud Iosephum cum accusativo coniuncti cf. Schmidt l. c. p. 422.

2) Ceterum animadvertendum est in eadem vita verbum συναντᾶν haud raro cum dativo coniungi, velut p. 65*[f]. 67*[d]. 84*[b]. 101*[c] al.



Digitized by Google

μιλίων τριῶν. Act. Philippi apost. Anall. Boll. IX p. 236, 13 οἱ δὲ ὄχλοι θεασάμενοι τὸ γεγονὸς ἔθλιβον ἀλλήλους ἐγγίζειν τὴν κλίνην θέλοντες ἰδεῖν τὸ θαῦμα.

Aliter autem iudicandum censeo de codicum verbis δήλωσόν με p. 45, 23. Nam pauca recentioris aetatis eaque ex parte incerta mihi contigit investigare exempla verbi δηλοῦν cum accusativo coniuncti. Cf. Leo Gramm. p. 352, 11 Bonn. δηλοῖ τὸν πατριάρχην ὁ Λέων, ὅτι ὁ λαὸς σκανδαλίζεται διὰ τὰς εἰκόνας. Moschus PGM. LXXXVII 3 p. 2876[b] τῆς δὲ χρείας κατεπειγούσης δηλοῖ αὐτὸν ὁ γέρων, p. 2877[a] ἐδήλωσεν αὐτὸν μερίδα πέμψαι τῆς αὐτοῦ κοινωνίας, p. 3068[b] καὶ ἑωρακὼς τὴν ἐλευθέραν ἅμα τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς καθεζομένην ἐτρώθη εἰς αὐτὴν (ἦν γὰρ ὡραιοτάτη πάνυ) καὶ δηλοῖ αὐτὸν διὰ φυλακίτου[1]). Cf. Theophan. I p. 393, 13 de Boor. adn. crit. Itaque cum et p. 13, 23 legatur ταῦτά μοι ὁ δεσπότης Χριστὸς ἐδήλωσεν et facillime μοί et μέ inter se confundantur, iure p. 45, 23 δήλωσόν μοι cum v scriptum esse puto.

Quo autem magis accusativus in sermone volgari increbrescebat, eo magis in ceterorum quoque casuum usu titubabant homines. Ita factum est, ut analogiis maxime quibusdam adducti verbis aliquot rite cum accusativo coniunctis non raro etiam dativum adderent.

Velut προσκυνεῖν, quod apud Atticos semper accusativum habet, posterioribus temporibus similiter atque λατρεύειν saepius cum dativo coniungitur. Atque

---

1) Similiter semel μηνύειν cum accusativo coniungitur a Malala p. 273, 6 ἐμήνυσεν αὐτὸν Τιβεριανὸς ταῦτα. At cf. l. c. p. 273, 13 al.

Digitized by Google

apud Marcum quidem ut structura antiquior saepissime exstat (cf. ind. verb. s. v. προσκυνεῖν), ita dativus semel invenitur p. 42, 16 καὶ προσεκύνουν τῷ βασιλεῖ[1]). Qui usus in dies latius patebat atque adeo factum est, ut in uno eodemque enuntiato et dativus et accusativus adhiberi potuerit. Cf. Act. Quadrati Anall. Boll I p. 466, 6 s. ἐγὼ προσκυνῶ τῷ ἀληθινῷ θεῷ καὶ τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ υἱῷ Ἰησοῦ Χριστῷ καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. νεκροῖς δὲ εἰδώλοις οὐ προσκυνῶ, δαίμονας ὄντας.

Praeterea similiter atque κελεύειν et εὔχεσθαι etiam αἰτεῖν cum dativo struitur p. 24, 22 αἰτήσας αὐτῷ et p. 36, 20 ᾔτει δὲ αὐτῷ neque ullo iure Hauptius altero loco accusativum restituit. Cf. enim Apophth. patr. p. 160[a] καὶ εἴ τι αἰτεῖ τῷ θεῷ, ἀποκαλύπτει αὐτῷ. Act. Christoph. Anall. Boll. I p. 146, 11 αἰτοῦμαί σοι . . . βοήθησον καὶ τοῖς Χριστιανοῖς.

Ut bis αἰτεῖν, ita praeter accusativum δεῖσθαι semel dativum[2]) apud Marcum habet p. 27, 11 δεηθῆναι τῷ Χριστῷ. Eadem structura invenitur apud Nicephor. v. Andreae Sali AA. SS. Mai VI p. 86*[a] κἀγὼ περὶ τούτου τῷ δεσπότῃ καὶ θεῷ δεηθήσομαι, p. 86*[b] περὶ οὗ ἐδεήθης μοι. Vita Georg. Choz. Anall. Boll. VII p. 100, 13 δεήθητι ὑπὲρ ἐμοῦ τῷ κυρίῳ. Vita Eudociae c. 34 AA. SS. Mart. I p. 875 δεηθεῖσα ἐπὶ πολλὴν ὥραν τῷ Κυρίῳ.

His accedit verbum ὑπεισέρχεσθαι a Marco sem-

---

1) Cf. Lobeck ad Phryn. p. 463. Guil. Schmidt l. c. p. 384. Compernass, De sermone graeco volg. Bonn. 1895 p. 19.

2) Cum genetivo verbum δεῖσθαι a Marco saepenumero coniungitur.

Digitized by Google

per (1, 7. 4, 12. 19. 20, 7) cum dativo coniunctum. Qui usus etiam in Stephani thesauro commemoratur collatis tribus locis ex Malala petitis p. 439, 19. 440, 3. 6. Exstat etiam apud Alexandrum monachum de inventione s. crucis PGM LXXXVII 3 p. 4052[c] τότε δὴ ἔννοιά τις ὑπεισῆλθεν αὐτῷ. Denique etsi εὐοδοῦν rite cum accusativo struitur (cf. LXX Gen. 24, 21. 27) recte tamen apud Marcum tradi puto p. 32, 7 ὁ γὰρ θεὸς . . ἔχει εὐοδῶσαι ὑμῖν. Dativus enim legitur etiam Gen. 24, 28 ὅς εὐόδωσέν μοι ἐν ὁδῷ ἀληθείας, quo loco, quod Anz l. c. p. 34 cum Lagardio scribendum censuit με, probandum esse non videtur[1]).

Posteriore aevo et in sermone volgari usum praepositionum multo frequentiorem esse quam apud veteres bonosque graecitatis auctores nec raro simplicis casus loco praepositionem adhiberi notum est. Sic Marcus dicit 41, 5 ἐστεφανώθη δὲ πᾶσα ἡ πόλις καὶ ἐκοσμήθη ἔκ τε ὁλοσηρικῶν καὶ χρυσωμάτων et 31, 1 τὴν κατὰ δαιμόνων ἀπέλασιν, quibuscum ad verbum fere consentit Pall. p. 1082[d]. Huc etiam singularis quidam usus praepositionis ἐν videtur referendus esse, qualis exstat p. 75, 8 ἐκτὸς ὧν αὐτὸς παρεῖχεν δι' ἑαυτοῦ τοῖς προσερχομένοις αὐτῷ ἔν τε ἱματίοις καὶ ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ. Quem posterioribus temporibus volgarem fuisse

1) Obiter moneo etiam λανθάνειν, id quod in lexicis non video adnotatum, interdum cum dativo coniungi, velut Pall. dial. de v. Ioann. Chrys. c. 6 PGM XXXXVII p. 22 οὐδὲν γὰρ αὐτῷ ἐλάνθανε τῶν πανταχοῦ πραττομένων καὶ λαλουμένων ἔχοντι ἐργοσκόπους καὶ λογοσκόπους. Niceph. v. Andreae Sali AA. SS. Mai VI p. 96*[b] λαθὼν τῷ ἀντιχρίστῳ. Apophth. patr. p. 153[a] καὶ οὐδὲν αὐτῷ ἐλάνθανεν.

Digitized by Google

haec exempla documento esse possunt. Pallad. p. 1035[d] οἵτινες . . ἐμερίσαντο τὰ ὑπάρχοντα ἐν κινητοῖς, ἃ ἔσχον ἐν μὲν νομίσμασι πεντακισχιλίοις, ἐν ἱματίοις δὲ καὶ οἰκέταις τὰ εὑρεθέντα, p. 1067[a] οὐδενὸς ἄλλου μεταλαμβάνων πλὴν ἄρτου ξηροῦ ἐν οὐγκίαις δέκα δύο, p. 1186[c] ἢ καὶ ἐν χρυσῷ κεκτῆσθαι πολλὰ ἀναλώματα τοῦτον. Pallad. dial. de v. Ioann. Chrys. l. c. p. 14 ἐν οἷς καὶ βρέβιον ἐπέδειξαν οἱ προειρημένοι, ὅπου τὰ κειμήλια παραδιδόασιν . . ἔν τε χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καὶ ἀμφίοις. Vita Eudociae c. 22 AA. SS. Mart. I p. 873 ἦν οὖν αὐτῆς ἡ δίαιτα τῆς τροφῆς βραχυτάτη ἐν ἄρτῳ καὶ ἐλαίῳ καὶ ὕδατι, c. 24 p. 874 ἀργύρου ἐν διαφόροις σκεύεσι λίτραι ὀκτακισχίλιαι. Multo etiam latius quam praepositionis ἐν usus praepositionis εἰς apud Marcum patet. Neque enim solum sermonem librorum sacrorum secutus dicit p. 32, 23 ἐλπίζομεν εἰς τὸν θεόν et 28, 3 εἰς αὐτὸν (i. e. Christum) πίστευε atque 33, 6 καὶ πιστεύσαντες εἰς ἃ ἐλάλησεν (cf. 28, 23 s. al.), sed similiter etiam 32, 24 ἐὰν σπουδάσῃς εἰς τὸ παρὸν πρᾶγμα, 33, 20 ἐμοὶ μὲν εἰς τοῦτο οὐ μέλει, 48, 15 s. εἰς τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐρωτῆσαι, 50, 19 s. εἰς τὰς οὖν ἐπιτυχίας . . . θαυμάζομεν. Atque similiter Martyr. Niconis AA. SS. Mart. III p. 16*[e] ὥστε αὐτὸν τὸν ἡγούμενον θαυμάζειν εἰς τὸν ἅγιον ἄνδρα.

Memorabilis est usus praepositionis ἀπό p. 36, 10 ἐστὲ γὰρ ἀπὸ κόπου 'fatigati estis'. Profectus autem esse videtur hic usus, qui latinorum genetivo vel ablativo qualitatis respondet, usu causali praepositionis ἀπό, quem posteriore aetate frequentissimum esse constat. Cf. exempli gratia Call. v. Hyp. p. 60, 7 Bonn. τὸν μὲν ἐθεώρει πλαγιάζοντα, τὸν δὲ στρηνιῶντα ἀπὸ εὐφρασίας ὡς ἐν ἀγρῷ, p. 81, 15 ἦν γὰρ ὁ δαίμων ἀπὸ περιεργίας δεινῆς.

Digitized by Google

Similia leguntur Apophth. patr. p. 377 [d] καὶ θεωρῶν αὐτὸν ἀπὸ μεγάλου κόπου, p. 396 [d] ὅτι ἀπὸ κόπου εἰσίν, p. 264 [c] ἦν γαρ ἀπὸ καμάτου πολλοῦ.

Interdum Marcus substantivo cum praepositione coniuncto utitur sensu quodam significanti. Quod p. 33, 14 legitur πρὸ χρόνου pro eo quod est πρὸ χρόνου τινός vel πολλοῦ aeque ac μετὰ χρόνον ita usurpatum, ut ex totius loci sententia appareat, utrum longius an brevius sit intellegendum tempus, posteriore aetate usitatissimum esse inter omnes constat.

Verum quae p. 56, 10 exstant μετὰ φωνῆς ἀνέκραξεν Eberhardum ita offenderunt, ut scribendum censeret μετὰ ⟨μεγάλης⟩ φωνῆς. At recte se habere lectionem traditam non solum efficitur verbis act. Marinae p. 45, 4 Us. οἱ ἄγγελοι μετὰ φωνῆς ἔψαλλον iam in editione nostra in comparationem vocatis, sed demonstratur etiam act. Anthusae p. 14, 16 s. Us. προσεφθέγξατο αὐτῷ μετὰ φωνῆς et Apophth. patrum PGM LXV p. 424 [c] δυνάμενοι ψάλλειν μετὰ φωνῆς[1]).

Similiter dicta sunt p. 5, 2 ὁρῶν δὲ αὐτὸν ἐν ἐσχάτῳ κινδύνῳ κατ' οἰκονομίαν παρακαλεῖ τινα neque opus est coniectura κατ' οἰκονομίαν ⟨θεοῦ⟩, quam in adnotatione critica proposuimus. Nam sicut saepenumero voce πρόνοια utuntur Graeci, ubi ἡ θεοῦ sive θεῶν πρόνοια intellegenda est, ita etiam ἡ οἰκονομία pro eo quod

1) Non indignum videtur notatu Marco in deliciis esse substantivis cum praepositione μετά coniunctis uti ad significandum quo quid modo factum sit. Velut p. 7, 10 περιεπτύξατό με μετὰ χαρᾶς καὶ δακρύων, p. 19, 15 μετὰ χαρᾶς καὶ εἰρήνης. Cf. 19, 25. 27, 6. 9. 29, 18. 33, 11. 38, 9. 44, 4. 51, 5. 24. 52, 19. 21. 57, 19. 60, 15. 67, 4. 78, 18. 81, 10.

Digitized by Google

est ἡ τοῦ θεοῦ οἰκονομία dici potuisse facile cognoscitur. Documento sunt exempla haec: Pallad. p. 1220[b] κατ' οἰκονομίαν δὲ τούτου παριόντος ὁ ἐπὶ τῆς εἰρήνης ἐπέγνω τὸν γέροντα, p. 1092[a] τούτων οὕτως ὑπ' αὐτοῦ διαπραττομένων γέγονεν αὐτῷ κατά τινα οἰκονομίαν ἄνθραξ κατὰ τῆς βαλάνου. Apophth. patrum p. 169[d] κατ' οἰκονομίαν δὲ γίνεται γνόφος καὶ πλανηθέντες ὑπέστρεψαν πρὸς τὸν γέροντα. Moschus PGM LXXXVII 3 p. 3088[a] κατ' οἰκονομίαν δὲ παρέβαλεν αὐτῷ τις ἀδελφός, p. 3093[a] συνέβη δὲ αὐτὸν κατ' οἰκονομίαν ἀγαπῆσαι παῖδά τινα. Quae cum ita sint nescio an eundem in modum interpretanda sint verba p. 38, 10 ἵνα μετὰ φιλανθρωπίας τέκω (cf. p. 35, 19), ut idem valeant quod μετὰ θεοῦ φιλανθρωπίας. Nam φιλανθρωπία apud Marcum ceteris quoque locis ad deum spectat cf. 7, 18. 20, 2. 21, 2 al.

Saepius vero, quam ita breviloquentem invenimus Marcum, animadvertere licet pluribus eum verbis uti, quam res ipsa postulare videatur. Velut 26, 17 πλείων δὲ ἡ ἐπίδοσις τῶν πόνων ἐγίνετο et 74, 19 καὶ μεγαλύνει πλέον τὸν οἶκον τοῦτον et 4, 3 ἔνθεν δὲ ἀρχή μοι γένηται τοῦ τῆς διηγήσεως λόγου. Neque id mirum videri debet. Senescente enim lingua verborum vim sensim pedetentimque infringi et debilitari consentaneum est. Huc etiam redit, quod comparativo praeposito ὑπέρ accedit p. 38, 18 ἀπελαύομεν τῶν ἁγίων αὐτοῦ λόγων τῶν γλυκυτέρων ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον. Cf. vita Zosimi in Anecdotis graeco-byzantinis ed. Vassiliev I (1893) p. 173, 8 ὕδωρ γλυκύτερον ὑπὲρ μέλι. Quaest. Bartholomaei ed. Bonwetsch (Nachrichten der Götting. Ges. d. Wiss. 1897) p. 22, 6 ὦ μήτρα εὐρυχορωτέρα ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν. Niceph. v. Andreae

Digitized by Google

Sali AA. SS. Mai VI p. 5* f ὑπὲρ πάντας οὗτος παιδαριώτερος ἐχρημάτιζεν [1]).

Neque aliter vis vocis ὁμοίως ita deminuitur, ut latinae voci 'etiam' respondere videatur, velut 4, 22. 26, 19. Itaque verba 59, 14 καὶ αὐτὰ δὲ (sc. τὰ βιβλία) ὁμοίως ἴσα τοῖς θεοῖς αὐτῶν ἔπασχον hoc fere modo interpretanda sunt: 'et libri quoque idem ac dei patiebantur. Quo cum loco conferri potest v. Georgii Choz. Anall. Boll. VII p. 352, 11 s. ὅτι νέοι καὶ γέροντες καὶ παῖδες καὶ γυναῖκες καὶ Ἑβραῖοι καὶ Ἕλληνες .... καὶ πάντες ἁπλῶς ὁμοίως ἴσως ἔχουσιν αὐτό.

Quo facilius participii praepositi vis intellegatur, Graeci [2]) sequentis enuntiati primarii initium saepe faciunt a vocibus εἶτα, οὕτως, ἔπειτα, εἶθ' οὕτως sim. Praeclare de ea re disseruit J. Vahlen in indice lect. Berl. hib. a. 1880 p. 8 ss. Quae structura apud Marcum invenitur 79, 7 καὶ ποιήσας οὐ μικρὸν φόβον οὕτως κατέστησεν τὴν πόλιν. Praeter locos ab Usenero ad v. Theodos. p. 126 adlatos cf. Apophth. patr. p. 213[b] καὶ γευσάμενος οὕτως ἀπῆλθεν. Agathang. p. 84, 40 Lag. ἀναβιβάσαντες δὲ αὐτοὺς ἐν χρυσεμπάστοις ἅρμασι κελεύσαντος τοῦ Καίσαρος οὕτως προεπέμποντο εὐπρεπῶς εἰς τὴν ὁδόν. Hinc etiam explicatur, qui Marcus dicere potuerit p. 57, 24 s. ἵνα κατὰ τὸ ῥῆμα τοῦ παιδὸς οὕτως καυθῇ (i. ὁ ναός). Quo cum loco apte conferri potest Agathang. p. 63, 61 Lag. πάντας οὖν τοὺς μάρ-

---

1) Conferri etiam potest (Plat.) Axiochus p. 366[b] ὑπὲρ ἡμᾶς τῷ νῷ διαφέρων.

2) Kuehner Gramm. gr. p. 486 adn. 5. De Polybii usu egit L. Goetzeler, De Polybi elocutione 1887 p. 28.

Digitized by Google

τυρας . . μετήγεγκαν εἰς τὸν ἑκάστου τόπον τῆς αὐτῶν καταθέσεως κατὰ τὴν προφανεῖσαν ὅρασιν τῷ ἁγίῳ Γρηγορίῳ οὕτως τελειώσαντες.

P. 12, 3 legimus βουλευσάμενοι . . τίνι ἐγχειρίσαι τὴν ἐπισκοπήν et similiter p. 40, 17 ἐγὼ δὲ διδάσκω αὐτὸν τί ποιῆσαι. Quo de usu infinitivi cum pronomine interrogativo coniuncti multi egerunt viri docti, velut Kühner Gramm. gr. p. 590 adn. 1, Lobeck ad Phryn. p. 772, P. Knoell Fabularum Babrianarum paraphrasis Bodleiana 1877 indic. p. 71, Usener ad v. Theodos. p. 145. Quae in Callinici vita Hypatii exstant exempla editores congesserunt in indiculo grammatico p. 187 omisso uno loco 78, 5, quo sicut p. 113, 11 scribendum est καὶ τί ποιῆσαι οὐκ ἦν. Exempla apud Ducam exstantia v. in indice ed. Bonn. s. v. ἔχω. Nihilo tamen setius Jo. Draeseke his omnibus neglectis in censura editionis nostrae (Wochenschrift für class. Philol. 1896 p. 375) Hauptii coniecturam a nobis merito reiectam redintegrans p. 12, 3 scribi iussit τίνι ἐγχειρίσαιεν. Quam ob rem ne nunc quidem acta agere mihi videor, si omnia quae mihi praesto sunt huius infinitivi usus exempla in medium proferam. Niceph. v. Andreae Sali AA. SS. Mai VI p. 17*[f] μὴ ἔχων τί διαπράξασθαι et paulo infra μήτε κάλυμμα ἔχων ἢ ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι, 20*[b] οὐ γὰρ ἔχω πῶς διηγήσασθαι, 53*[d] τοῖς μὴ ἔχουσι ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι, 60*[a] αὐτὸς τί σε ὠφελῆσαι οὐκ ἔχω, 62*[a] μὴ ἔχουσα τί εἰσπράξασθαι, 85*[d] τί δρᾶσαι μὴ ἔχων, 101*[f] μὴ ἔχοντες τὴν κεφαλὴν ποῦ κλῖναι. Vita Eupraxiae c. 8 AA. SS. Mart. II p. 922 οὐκ ἔχεις ποῦ κοιμηθῆναι. Gregorii vita Basilii Iun. AA. SS. Mart. III p. 24*[b]

Digitized by Google

ἔνθεν καὶ ἀπορῶν ἰλιγγιῶ καὶ τί πρᾶξαι οὐκ ἔχω. Act. Menae Anall. Boll. III p. 266, 15 s. δοθήσεται γὰρ ἡμῖν .. τί ἀπολογήσασθαι. Apophth. patr. p. 85[b] ἐσκόπει τί ποιῆσαι, 92[d] μὴ ἔχων ὅθεν ἀγοράσαι, 443[d] οὐχ εὑρίσκουσι τί λαλῆσαι. Aphroditian apud A. Wirth: Aus orient. Chroniken p. 168, 15 μηδὲν ἔχουσα τί ἀποκρίνασθαι. Cf. Moschus PGM LXXXVII 3 p. 2873[b]. 2921[a]. 2940[c]. 2996[b]. 3028[d]. 3044[c]. 3057[a]. Vetustissimum huius usus exemplum, ut Brinkmann me monuit, videtur esse in epistula Petri I 5, 8 ὁ ἀντίδικος ὑμῶν διάβολος ὡς λέων ὠρυόμενος περιπατεῖ ζητῶν τίνα καταπιεῖν, etsi complures codices exhibent καταπίῃ.

Saepissime a Marco more recentiore pro simplici infinitivo accusativus cum infinitivo usurpatur. Ac primum quidem post λέγειν, etsi subiectum idem est ac verbi finiti: p. 15, 22 ἔλεγεν γὰρ ἑαυτὸν ἀνάξιον εἶναι τῆς ἱερωσύνης cf. 25, 15 [1]). Eodemque modo post ὥστε sive ὡς: 9, 9 ὄντως γὰρ ἦν . . . σωφρονέστατος, ὡς αὐτὸν φθάσαι τὴν τελείαν ἀπάθειαν, 50, 5 τοσοῦτον ἀπέτυχον ὥστε καὶ εἰς διαζύγια αὐτοὺς ἐλθεῖν cf. 9, 21. 45, 6. 76, 11. Deinde post verba iubendi, suadendi, rogandi, ut κελεύειν 42, 11 ἐκέλευσεν τὸν χάρτην δειχθῆναι αὐτῷ cf. 43, 3 s. παρακελεύεσθαι 25, 21 ἐνεφάνισεν τὸ θεῖον γράμμα τὸ παρακελευόμενον κλεισθῆναι τὰ εἰδωλεῖα cf. 52, 15. ἐπιτρέπειν 56, 8 ἐπέτρεψεν δὲ ὁ ἐπίσκοπος μάστιγα ἐνεχθῆναι καὶ ἀναταθῆναι τὸ παιδίον cf. 73, 7. εἰπεῖν 56, 4 εἶπεν ἀναχωρισθῆναι αὐτὴν πρὸς βραχὺ καὶ τὸ παιδίον εἰσενεχθῆναι. συμβου-

1) Non recedit a vetusta forma p. 57, 9 διεβεβαιοῦτο ὅρκοις μηδὲ αὐτὴν μηδὲ τὸ αὐτῆς τέκνον εἰδέναι Ἑλληνιστί.

Digitized by Google

λεύειν 62, 6 συνεβούλευον οὖν τινες κτισθῆναι αὐτήν. αἰτεῖν 22, 13 ἄρχεται λαλεῖν καὶ αἰτεῖν ποτὸν δοθῆναι αὐτῷ. Denique p. 11, 21 οὗ τοὺς ἐπαίνους ἀδύνατον ἐν παρεκβάσει γραφῆναι. Contra semel praeter morem simplex infinitivus loco accusativi c. inf. positus est p. 6, 8 s. τοῦ γὰρ πάθους τοσοῦτον κατεφρόνει ὡς νομίζειν αὐτὸν ἐν ἀλλοτρίῳ σώματι τὴν νόσον ἔχειν, ubi exspectes aut ὡς νομίζειν τινά aut, ut 19, 4. 41, 17. 20, ὡς νομίζεσθαι. Quod ne quis librariorum culpa corruptum putaret, in adnotatione critica in comparationem vocavimus Athanasii v. Antonii p. 965[a] Migne. Praeterea conferri possunt loci hi: Macarii abbatis visiones PGM XXXIV p. 221[a] καὶ ἐθρήνει τῷ σχήματι, ὥστε νομίζειν, ὅτι καὶ ὁ οὐρανὸς συνεθρήνησεν αὐτῷ. Pallad. p. 1020[c] καὶ τῆς ἑσπέρας καταλαβούσης ἔστιν ἑστάναι καὶ ἀκούειν . . . ὕμνους καὶ ψαλμοὺς . ., ὡς νομίσαι τινὰ μετάρσιον ἐν τῷ τῆς τρυφῆς παραδείσῳ μετοικισθῆναι[1]).

Vel Atticos scriptores haud raro videas hominem aliquem loquentem facientes, cum ab initio oratione obliqua usi sint, subito mutata verborum structura orationem rectam adhibere ne interposito quidem φησίν vel simili vocabulo. Cf. Madvig Syntax gr. § 192[b], Kuehner Gramm. p. 1065, 5. Quod nescio an posteriore aetate et in sermone volgari etiam latius patuerit. Marcus bis ita loquitur p. 77, 9 s. ἡ δὲ πάλιν εἶπεν μὴ εἶναι, ἀλλ' ἐπιθυμεῖν ἐκ πολλοῦ· Εἴπερ εἰμὶ ἀξία et 36, 1 ss.

---

1) Facilius explicantur, quae exstant p. 60, 7 οὐ θέλων (i. dominus), αὐτὸν (i. servum) ἀπολῦσαι, ἀλλὰ σῶσαι καὶ ἐπιγνῶναι τὸ δέον.

Digitized by Google

ἐδίδαξαν (i. episcopi Augustam), πῶς ποιοῦσιν (i. pagani, ἀφόβως τὰ ἀνόσια, μὴ συγχωροῦντες . . . τὰ χωρία αὐτῶν (i. Christianorum) γεωργηθῆναι, ἐξ ὧν τελοῦσιν τῷ ὑμετέρῳ κράτει. Cum his cf. Apophth. patr. p. 144[b] ὁ δὲ ἀπεκρίνατο μὴ δύνασθαι ὑπὸ στέγην μεῖναι πρὶν ἂν εὕρω τῆς ἐμῆς οἰκίας τὴν ὕπαρξιν. Niceph. v. Andreae Sali AA. SS. Mai VI p. 86*[a] ὁ δὲ Ἐπιφάνιος θαυμάσας τὴν τοῦ ἁγίου ἐνέργειαν, ἱκέτευεν αὖθις αὐτὸν τοῦ ἐπιτυχῆσαι τὴν δέησιν. Θέλω γάρ, μεγαλομάρτυς τοῦ Χριστοῦ ἠγαπημένε, ἵνα τὸ πᾶν μέχρι μεσονυκτίου κατεργάσῃ τῷ δούλῳ σου. Leontii v. Symeonis PGM LXXXXIII p. 1732[d] ἀπολυθεὶς οὖν εὐθέως (i. Ioannes) ὠρθοδρόμησεν εἰς τὸν τόπον, ὅπου ᾔδει πάντοτε προσεύχεσθαι τὸν ἀββᾶν Συμεὼν καὶ ἰδὼν αὐτὸν ἀπὸ μήκοθεν ἐκτείνοντα τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν ἐφοβήθη. Ὤμνυεν γάρ, ὅτι σφαῖρας πυρὸς ἀνερχομένας ἐξ αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν ἐθεώρει καὶ κύκλῳ αὐτοῦ ὡς κλίβανον καιόμενον καὶ αὐτὸν εἰς τὸ μέσον, ὥστε μὴ πλησιάσαι αὐτῷ, ἕως οὗ τὴν εὐχὴν ἐτελείωσεν καὶ Στραφεὶς εἶδέν με καὶ ἰδὼν εὐθέως λέγει μοι· Τί ἐστι, διάκονε Ἰωάννη; Aphroditian. apud A. Wirth: Aus orient. Chron. p. 147, 27 ὁ δὲ λέγει ἑαυτὸν δαίμονα εἶναι παραγενόμενον ἀπατῆσαι Εἰ ἐδυνάμην. Moschus PGM LXXXVII 3 p. 2856[b] διηγήσατο ἡμῖν ὁ ἀββᾶς Λεόντιος . . λέγων ὅτι μετὰ τὸ διωχθῆναι τοὺς νέους λαυρήτας ἐκ τῆς νέας λαύρας ἀπελθὼν ἐκάθισεν εἰς τὴν αὐτὴν λαύραν. Κατελθὼν οὖν ἐν μιᾷ κυριακῇ ἀπῆλθον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ μεταλαβεῖν καὶ εἰσελθὼν εἶδον ἄγγελον.

---

Digitized by Google

# Index rerum et verborum
## in altera parte tractatorum



Digitized by Google

# Vita.

Augustus Fridericus Nuth Livonus natus sum in vico Zintenhof d. 6/18 m. Sept. a. 1868 matre Helena, patre Georgio, quibus adhuc superstitibus gaudeo. Fidem profiteor evangelicam. Usque ad aetatis annum decimum domi litterarum elementis imbutus initio anni 1879 gymnasium adii Pernaviense, quod tunc directore Hugone Lieven, post eius mortem sub auspiciis Theodori Czernay florebat. Reliqui scholam maturitatis testimonium adeptus mense Decembri a. 1885 civibusque adscriptus sum universitatis Dorpatensis initio a. 1886. Anno 1891 examine superato 'candidatus philologiae' factus sum. Anno 1892 Bonnam me contuli, cuius universitatis Fridericiae Guilelmiae Rhenanae per quattuor fere annos civis fui. Gravi morbo afflictus per tempus longius, quominus litteris operam navarem, impeditus atque denique domum reverti coactus sum. Unde huius anni demum initio Regiomontum profectus sum, ubi Augusto Brinkmann duce et praeceptore studiis denuo me darem; cui qua semper erga me erat eximia amicitia et comitate aliquando me dignas redditurum esse gratias vix sperare possum. Docuerunt me viri clarissimi Hoerschelmann †, Loeschcke, Malmberg, Mendelssohn †, L. Meyer, Schroeder, Teichmueller †, Wiscowatow Dorpatenses; Bethe, Brinkmann, Bueche-

Digitized by Google

ler, Elter, Koser, Loeschcke, Martius, Nissen, Usener, Wiedemann Bonnenses. Seminarii philologorum Dorpatensis per septies senos menses fui sodalis. Exercitationibus ut interessem benigne concesserunt mythographis Bethe, philologis et epigraphicis Buecheler, archaeologis Loeschcke, historicis Mendelssohn †, philologis Usener.

Quibus viris omnibus, imprimis vero Buechelero, Loeschckio, Usenero Bonnensibus gratias ago quam maximas. Memoriam autem Guilelmi Hoerschelmann et Ludovici Mendelssohn, quorum utrumque praematura morte universitati olim Dorpatensi ereptum esse valde est dolendum, pio gratoque semper colam animo.

Digitized by Google

## Sententiae controversae.

I. Ovid. epist. Sapph. ad Phaon. 101 retinenda e codicum lectio: Non tecum lacrimas, non oscu summa tulisti.

II. Horat. sat. I 6, 21 lego: Appius ingenuo qui (cod si) non essem patre natus.

III. Errat Mommsenus (Roem. Chronol. p. 315 ss.), cu L. Cincii Alimenti annales, quibus Dionysius Livius usi sunt, subditicios et Augusti temporib a Cincio iuniore scriptos esse contendit.

IV. Chron. pasch. p. 604, 3 s. Bonn. lego: ἔκαυσεν καὶ τὴν ἐκκλησίαν τοῦ ἁγίου Προκοπίου (co Πρόβου) ὁ αὐτὸς Ἰουστιασᾶς ἐπὶ Τιμοθέου ἐπισκ που Καισαρείας coll. Io. Malala p. 382, 14 s. Bon

V. Agathang. ed. Lagarde (Abh. der Götting. Ge d. Wiss. 1888 t. 35 p. 20, 66) lego: καὶ ὥσπ . . . κατάρα καὶ ἱδρῶτες καὶ κόποι καὶ πόνοι (co τρόποι) εἰσῆλθον εἰς τὸν κόσμον.

VI. Niceph. vit. s. Andreae Sali AA. SS. Mai VI p. 89 lego: καὶ πότε καὶ τί εἰσιν ἀρχαὶ ...ῶν (co ὠδίνων) coll. p. 90*[a]. 91*[a]. 92*[d].

VII. Anall. Boll. X p. 102, 4 lego: κἂν διὰ τοῦτο ἔλθ μοι (cod. ἔλθοιμι) ἀτιμία καὶ ὕβρις, οὐδὲν λυπηθ σομαι.

VIII. Marci diac. v. Porph. p. 68, 3 s. Bonn. lego: ἐθε ρουν ὡς εἶδος ἀστραπῆς (codd. ὡς ἐπὶ ἀστραπῆ coll. vita s. Andreae Sali AA. SS. Mai VI p. 18* 20*[c].

IX. Abercii inscriptio sepulcralis Christiana est, na
a) v. 12 πίστις in lapide exstare mihi videt
b) v. 13 ἰχθύς Christum significat.

---

Digitized by Google

THE BORROWER WILL BE CHARGED THE COST OF OVERDUE NOTIFICATION IF THIS BOOK IS NOT RETURNED TO THE LIBRARY ON OR BEFORE THE LAST DATE STAMPED BELOW.

CANCELLED
MAR 2 9 1978
JUN 7 '77 H

BOOK DUE-WID
JUL 7 1979
CANCELLED

BOOK DUE-WID
JUL 1 1978
CANCELLED
DEC 1 3 1978

Digitized by Google

C 769.10.80
De Marci Diaconi Vita Porphyrii epi
Widener Library 003571958
3 2044 081 745 077

Digitized by Google